

Conspectus Contentorum.

1. Petersen. Joh. Vilh. Leonum Christi defensionem, contra Meum, mamum. Erfurti ad Moen: An 1650.
2. Sinceri Evangelii Synopsin seu summam succinctam. Egm. In Mente non solum verbum habentem, sed etiam spiritum. An 1692.
3. Sverdrup Sam. Augustus begriff von der gemachten Schelwig-Disputation. An 1698.
4. Augustus, Entwurf auf einen Versatz angestellter Universitäts-Synode mit Verpflegung Armer Vater und Mutter des Dr. Augustus.
5. Philippi Jacobi Speneri, Epistola de Obitu Joh. Bened. Carpzovii. An 1699.
6. Projece, die die Anführung der Stamms, Anstalt des Anstalt, der fürstlichen Jugend Anstalt. Halle. An 1698.
7. Sebald Christoph. Die Lehre von der Fortsetzung und Vollendung der Anstalt.
8. Hübeli M. Andr. Novissima Antiquitates. An 1700.
9. Guld. De re mit Gold, über dem, was Antiquitatisque Anstalt. An 1699. In Marckte gebrauchl. ex. Intente sunt Epistola ad Neumannum, Feustheningum, Mayerum, Schelwigium, Pucher et ad Rodium etc. Franckf. An 1700.
10. L. P. P. H. De necessitate Antwort auf die curios. Fragen, die die lange gegenwärtige Welt stehen, ob sie noch nur 6000 Jahr wehret werden. Franckf. ad Moenum.
11. Henr. Makli, de Institutionum Academicarum de Apodici, f. de ratione ac probatione scripturarum. Jiloni 1699. auct. Guld. pareresis de stud. proph. etc.
12. Antonii Pauli de Qualitate Fundamentorum, quibus Pontificii vultus s'videre videntur professionem Filii Tridentina. Halle. An 1698.
13. Guld. de re a solentibus conscientis consuetudo. Halle, Magd. An 1698.
14. Guld. Harmonia Fidei, qua justificat, cum fide, quaerens justificare dicit. Halle Magd. An 1696.
15. Guld. De auctoritate Ecclesie, qua mater est Lippie. An 1690.
16. Freycaubti Joach. Insti lacrymae & obitu p' maturo Joh. Sirelli. Halle. An 1692.
17. Varenii August. Vera messie & Sibicium & Oeuv & Oeuv, Rosochii. An 1693.

VIRO
MAGNIFICO ac SUMME
REVERENDO
DOMINO
ABRAHAMO CALOVIO
Doctore Theologo Consummatissimo, Fa-
cultatis suæ Professore Primario, Consistorii Ecclesiastici Præside,
Seniore, h. t. Decano Spectabili, Ecclesiæ Wittenbergensis Pa-
store Vigilantissimo, & Circuli Electoris Saxonici
Superattendenti Generali
Eminentissimo,

*Domino Patrono Promotore & Præ-
ceptore omni pietatis cultu suspiciendo*

PRÆSIDE

Ex

THEOLOGIA MORALI

De

MINISTERIO
ECCLESIASTICO

RESPONDEBIT

M. JOHANNES GEORGIUS *Meißner*
Ordinis Philosophici Adjunctus.

Die Anno 1684.

WITTEBERGÆ,

Literis Viduæ BRÜNINGIANÆ Excudebat ANDREAS Ball.

27
28.

11
1

MILITÄR

CO

UNIVERSITÄT

SACHSEN-ANHALT

MAGDEBURG



HEROI INCOMPARABILI,
ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DNO. NICOLAO
S.R.I. BANDERESIO ET LIB.
BARONI DE GERSDORF,
DYNASTÆ IN BARUTH HEIMERS-
DORF BRETTEING, HAUSWALDA, RA-
CKEL, BUCHWALDA &c.&c.

POTENTISSIMI ELECT. SAXON. IN
SANCTIORI SENATU DIRECTORI, COMITI, AC
SUPREMO CAMERAIO &c.&c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO
PERPETUAM FELICITATEM!

ILLUSTRISIME BARO,
DOMINE GRATIOSISIME,

DIn apud animum meum cogitavi, quomodo pietatem TIBI meam probarem, & ILLUSTRISIMO nomini TUO, cui tota hodie Europa homagium dicit, & veneratione idem suspicit, debitum obsequii monumentum consecrarem. Sane non leviter contristatus sum, me huc usq; occasionem & vires destituisse. Cum enim fama NOMINIS TUI EXCELLENTISSIMI dudum jam caelos aqviet, exterisq; obsequii legem injungat, veritus sum, ne ego opus, cui ne Hercules quidem par futurus aggrediendo, mole humeris meis nequaquam pari depressus succumbam, & gloria TUA detraham, quam augere pietas me jubet. Enimvero cum antiquitas sacra & prophana nos doceat, & DEOS munere parvulorum gavisos esse, nec minus id propter ipsum curam eorum suscepisse; Fama TUA nihil decesserum spero si ego minimus TUORUM, has, INCLYTO NOMINI TUO consecrem pagellas, patrociniumq; efflagitem. Me siquidem non latet, plurimos, quorum vestigia sequi studeo, in conatibus suis TE haud otiosum expertos esse spectatorem; Verum TUA adjutos & suffultos benevolentia applausu & patrocinio, metam sibi praefixam quam felicissime attigisse; TE ILLUSTRISIME DOMINE etiam atque etiam patronum laborum meorum exposco, omnia me consecutum arbitratus, si pietas TIBI mea non displicuerit. Age ergo GRATIOSISIME DOMINE & PATRONE summe, oculis benignissimis intuere hoc pietatis testimonium, & quam mei expertes sunt dudum, auge TUAM quoque erga me benevolentiam. Dedi VVitteb. 28. Maji Anno M DC LXXXIV.

NOMINIS TUI ILLUSTRISIMI

Religiosissimus Client

M. JOH. GEORG. Meißner.





J. N. J.

Quantum religioni dissoluta Ponti-
tificum Vita obsuerit, & doctrina Transubstantiatorū
ovile Christi diripuerit, multis historia testatur exem-
plis. Et quā aliter fieri potuit, quando lupo, non ovium sed latrantis
stomachi curam gerenti, ovile Christi fuit commissum. Lupos n. lu-
pi procreant: quid mirum si prostibula Romana publica q̄, scorta &
lupa, ceu Theodora & Marozia matris haud degener filia; lu-
pos, pastorum locō Ovili Christi praefecere. Crudelissimos siqui-
dem reperiemus lupos, si vel Sergiorum, Sylvestrorum, Urbano-
rum aliorumq̄ vitas perlegentes, flagitia, nequitias, scelestimaq̄
facta ab ipsō Platina Transubstantiatorum secta addictissimō,
taxata cognoscemus. Vide quāso, inquit, quantum isti degene-
rarunt a majoribus suis. Illi etenim utpote viri sanctissimi digni-
tatem ultro oblatam contemnebant, orationi & doctrina Christi-
ana vacantes. Hi verō largitione & ambitione Pontificatum
quarentes & adepti, post habitō divinō cultu, inimicitias non fe-
cus ac sevisissimi quidam Tyranni inter sese exercebant, suas vo-
luptates postea securius expleturi, cum nullibi extarent, qui eo-
rum vitia coercerent. In vita Sergii III. Quamobrem ne omnis
vera intercideret religio, Organon Deus electum, Martinum Lu-
therum suscitandō, calamō ejus scriptoriō coronam pontificialem
diminuit, & Pontificem admonuit, vaticinium Apocalypseus
Johannea C. XIV. finem esse consecutum, quando Lutherus ater-
num, & quod Christus & Apostoli inculcarunt Evangelium sit
professurus, vaticinante Serenissimo Electore Friederico Sapientē
P. M. Verum enim verō, cum victoria victoriam pariat, quando
antecedens consequentis est incitamentum, nec minus errorem er-

A

ror

ror generare consueverit; multā verbis Lutheri non accurrate ponderatis imo ne quidem intellectis, in alteram & contrariam deflectentes partem, in defectu peccarunt, aliis excedentibus. Quando autem me non latet, mihi huc usq; vires, hisce demonstrationibus sufficientes vix suppetere; me satisfacisse iis arbitror, qui mihi hunc imposuere laborem, si ingenium ad locum de ministerio Ecclesiastico applicuero, verumq; ejus sensum proposuero. Deus foveat operi

THES. I.

*Nemo debet in Ecclesia publice docere,
aut administrare Sacramenta, nisi qui rite est vocatus.*

ἐκθεσις.

Ecclēsiæ vocabulum nobis primò omnium occurrens, cum satis ambiguum sit e suis evolendum est involucris. Græcum quidem esse, vel ipsum vocabulum primo aspectu testatur, quando derivatur ἀπὸ τῆς καλεῖν ab evocando; quā etymologiā retentā, evocationem sive cœtum evocatorum designat. (α) Abusive enim usurpatur pro locò in quò homines, conveniunt, quod videre ex ejus synonymis licet, quippe Ebraicum בית מדרש & græcum οἶκος τῶ θεῶ ipsi correspondentia, non homines, verum locum designant. Quando verò καλεῖν proprium hominibus fit, ex usu Scripturæ nobis salutatur cœtus sive conventus evocatorum, non qualiumcunq; , aut Scholasticos juxta angelorum hominumque; neque perfectorum tantum, cum Pelagianis; aut justorum Donatistis affirmantibus; multo minus prædestinatorum fabulantibus Calvinianis; Verum omnium hominum, religiosorum, piorum, doctrinam veram exterius profitentium; unò verbò Ecclesiæ visibilis; inclusā tamen invisibili, sanctorum vere credentium & electorum propriā; (β) Topicæ, sive particularis, publicāq; auctoritate indictus. Ad Catholicam enim quod attinet, quæ Topicæ opponitur, cum illa per totum orbem sparsa sit, omnesq; eos complectatur, qui credunt secundum Apostolicam doctrinam Evangelicamque, (γ) unius verò præconium non admittat, hic loci primariò sub censuram non venit. Infitias ire quidem nequeo, sapissimè de illegitimò etiam conventu in Codice sacro usurpari (δ) iustò tamen latius extendi, naturalemque suum significatum retinere, Theologi (ε) abunde nos docent

(α) Isidorus
Lib. 8. cap. 1.

(β) Form.
Conc. Apol.
p. 14.

(γ) L. Cunn.
Hos popul. C.
de summ.
Trinit. &
fid. Catholic.

(δ) Act. 19, 32.

(ε) B. Meisn.
de Eccl. &
Legibus p. 19.

cent. Apostolos quidem hoc vocabulò utentes, Phrases in Veteri Te- (ζ) Esaiæ. c.
 stimento usitates adhibuisse videtur, quando primæ Ecclesiæ patres præ- 58. v. 1.
 dicationem verbi, per ΝΥΡ interpretati ΠΥΡΩ Synonymum Ecclesiæ (η) Rom. c. 1.
 composuerunt. Arbitrati, quod proprium officium ministrorum cla- v. 7. Cor. c. 16.
 mare vocemq; buccinæ instar extollere in scripturis (ζ) legerent, maxime v. 9.
 hoc vocabulum huic negotio inservire. Hos secuti Apostoli Novi que (θ) Thucydi-
 Fundamenti Θεότωνευσοι, à verbò καλέω, κλήσιω derivarunt & ad des Lib. 1.
 scopum suum applicantes Christianos κλητύς (η) nuncuparunt, maxi- (ι) Matth. c.
 me quidem, quod tertiæ Monarchiæ, & qui ex eà superfuere, eruditos, 22, v. 14. c. 20,
 eodem sensu uti viderent. Non enim tantum per vocabulum ἐκκλησίας v. 26.
 nude positum, conventum civium suorum exprimebant, quin etiam [κ] Westhe-
 in compositione ποιεῖν ἐκκλησίαν, & qui alii modi loqvendi græcis usi- merus in Lib.
 tati supersunt, apud auctores legitur (θ) Transpositum tandem in Ger- de Tropis p.
 manicum idioma, quamvis literis discrepans, eadem tamen gaudet 1094. Piscat.
 significatione & eine Zusammentunft oder Gemeine, scriptoribus poli- P. 2. Resp. ad
 tics, sacris verò ad res sacras applicantibus, eine heilige Christliche Ge- amic. Colla-
 meine audit. Qem conventum cœtum ve Græci διοίκησιω aur παροικήαν, tion. Vorstii.
 hóc tamen observatò, quod παροικήα de conventu sacro sive Ecclesiã p. 238.
 unius tantum provinciæ aut familiæ adhibeatur; Ebræi vero per additum (λ) Matth.
 ΨΥΡ nominare amaverunt. 20. v. 16. c. 22.

§. II. Explicatà, & vocabuli Ecclesiæ enodatà ambiguitate, de v. 14.
 vocatione erimus solliciti, quam variam esse, variumq; sensum admit- (μ) Rom. 8. 30.
 tere, Doctores Theologi in Systematibus librisq; suis passim iuculcant. 1. Cor. 1. v. 26.
 Quando enim Christus ipse (ι) de vitã æterna loqvens omnes homines ad 2. Tim. 1. c.
 eam vocatos asserit, quandoquidem vocabulum multi collective accipi- v. 9.
 tur & τῶ omni (κ) æqui pollet; vocabulum hoc nostrã cum vocatione (ν) Feurborn.
 nihil habet commercii, cum ibi Deus vel solus vocat ad vitam æternam, Fasc. III. disp.
 nullo respectu habitò ad homines; (λ) vel vocat, respectumq; habet ad 1. p. 1. seq.
 homines (μ) vocationem non spernentes. (ν) Enimverò vocantur hic (ξ) Calvinus
 loci homines ad docendum in Ecclesiã per tractum divinum, nimirum Instit. Tb.
 per bonum cordis testimonium quod neque ambitione, neq; avaritiã, Lib. 4. c. 3. §.
 neque ullã alia cupiditate, sed sincerò DEI timore & ædificandæ Ecclesiæ u. p. 352. b.
 studio oblatum munus, vocati recipiant, [ξ] ipsaq; δύναμις καὶ ἐκένότης (ο) Milius in
 ad docendum (ο) cujus sibi quemque ministrum, DEO coram conscium Aug. Conf. f.
 esse oportet, creditur, exemplò Petri (π) Theologis confirmantibus (ρ) 206.

Augusti-

(π) Joh. 21. v. 15. 16. 17. (ρ) Tarnovius de minist. S. Lib. 1. cap. 7. p. 63. Zanchius Tract.
 Theol. p. 708. (σ) August. Tract. 123. in Johann. T. 9. s. 566.

(e) *August.* Augustino aliisq; (o) assentientibus. Cui vocationi quæ interna dicitur opponitur externa, quæ Christiani, & a DEO, & ab Ecclesiâ, vel *Johann. T. 9.* ingenere omnes; (r) vel inspecie ad certam functionem Ecclesiasticam *f. 566.* Politicam aut domesticam (v) quidam vocantur. Quamvis enim Hieronymus (p) quatuor vocationis genera enumeret; Vocationem scilicet, *T. 2. Jenens.* à DEO; non ab homine, aut per hominem: Vocationem quoq; à DEO, *German. f. 244.* sed per hominem: quæ duæ vocationis species cum immediata, quæ Mosen (x) Esaiam (p) Johannem Baptistam (w) Apostolos & prophetas (v) *Gerh. T. 6. LL. Th. p. 113. Bucanus L. 42. de Minist. p. 502.* vocavit; ut & mediata, quæ in re Magistratu Consistoriis, aut iis, quibus jus Patronatus concessit utitur, (a) & Aaronem vocat, [b] Elisæum (y) Matthiam (d) aliosque, concurrunt: Tertium tamen genus nec minus quartum, quando homo ab homine, excluso DEO; Vel quando neque per hominem neque ab homine vocatur, sed à semetipso venit; se (o) *Tom. 9. Com. ad Galat. p. 79. b.* ingerit, & vocationem extorquet; vocationem minime nuncupamus, quippe quod neque extraordinarie vocatis adnumerare possumus, qui immediate a DEO in veteri: & novi Testamenti initio mittebantur: (x) *Exod. cap. 3. v. 4. & 10.* Neque ordinarie vocatos dicimus, cum homines vocantes non agnoscant Utitur enim hodie DEUS cum immediate vocare desierit, tanquam causa principalis & prima (e) instrumentali & secundâ, Ecclesiâ; per quam (p) *Es. cap. 1. v. 1. c. 6. v. 8.* homines malos (?) & vocat & eligit. Electio enim, quæ designatio certæ personæ ad præfecturam aliquam Ecclesiasticam vocari consuevit à (w) *Luc. 3. cap. v. 2.* missione sive vocatione, jurisdictionem tribuente, ac re ipsâ pastorem nec minus Præsulem faciente, adversariis defendentibus [y] nequaquam, (a) *Sächsisch Kirch. Ordin. f. 75. seq.* discrepat, quin tantum antecedens & consequens denotandò, in præteritis mentis nostræ discrimen omne constituit, (b) quando electus etiam vocatus est; Vocatus verò electus nuncupatur. Uti tamen electio & vocationis nobis unam eandem rem notant, sic ordinatio alium sibi mentis (b) *Exod. 4. cap. v. 14.* conceptum petit; quæ Episcopus vel Superattendens (i) particeps ordinis & jurisdictionis Ecclesiasticæ in Ecclesiâ, præsentibus plebe, presbiteribus & comprecantibus Presbyteris & Diaconis, imponit præsentato (y) *1. Reg. c. 19. v. 16.* & examinato Candidato ministerii, per verba & manuum impositionem; (d) *Act. cap. 1. v. 26.* officium docendi in Ecclesiâ verbum DEI, sacramenta administrandi, ligandi & solvendi, sumtâ stipulatione servandi regulas, quæ in ritu ordinationis

(e) *Rom. c. 11. v. 36. Jac. c. 1. v. 17.* (?) *Calvinus L. 4. instit. 3. §. II. p. 353. b.* (y) *Bellarmin. Lib. de Cleric. c. 2.* (b) *Gerhard. T. 6. LL. Th. p. 80.* (i) *Hieronym. in Epist. ad Evagr.*

dinationis ab eò exiguntur [κ] Quò acta absolutò, novus Ecclesiæ mini- (α) *Charit.*
 ster per Episcopum, Metropolitanum, aut Presbyterum Ecclesiæ, cui *Sächf.*
 præficitur, ostenditur, commendatur, inque omnia ejus jura, legiti- *Kirch-*
 mus cum jam sit pastor immittitur. Iisdem enim juribus cum Patribus *Ordu. f. 15.*
 fruuntur orthodoxi, qui Ecclesiam primam secuti, (λ) sine Episcopò *seq. Weber*
 summò, ministros legitime vocantes, ne quidem Petri successorem, hos *de Consistor.*
 jus sibi suisque in solidum attribuentem (μ) agnoverunt, cum non so- *p. 99. & in*
 lum sana destituatur ratione, quin omni quoque testimoniò careat fide *introd. E-*
 dignò. Quamobrem celeberrima Synodorum Nicæna, ne quidem *pisc. p. 77.*
 successoris Petri ratione habitâ Catharorum Episcopos a Novatò sive *79. Et de*
 Novatianò Presbyteris ordinatos, legitimos agnovit ministros; (ν) Nec *Jure Atro-*
 minus ipsi Pontifices (ξ) Successoribus paulò simpliciores, Scripturæ Sa- *nar. p. 94.*
 cræ tamen æquiores, jubent Presbyteros cum Episcopò manus in ordi- (λ) *Act. 6.*
 nantis caput imponere, quæ manuum impositio sive χειροθεσία hoc in *cap. v. 5.*
 actu, non tam ευλογίας, scilicet poenitentibus lapsis, atque ad Ecclesiam *conf. Baron-*
 redeuntibus, aliisque piis imponi solita, (ο) creditur; quam χειροτονίας, *Sec. 1. & 2.*
 καθίστασιν significantis sive consecrationem ordinandi per preces, im- *passim Spon-*
 plorantium Spiritum Sanctum, commissionem officii, missionem *danus An-*
 & benedictionem. (π) Unde vana Pontificiorum ira & fulgor è pulvi (ρ) *nal. Eccl. ad*
 quandò anathemate eos percutere non erubescunt, qui Juri Pontificio- *Sec. 1. & 2.*
 rum innixi, secundum illud agunt; Novæ enim eorum propositiones: *Torniell.*
 (σ.) Jure divinò majorem esse Episcopum presbytero, quod attinet ad *eod. loc. &*
 ordinis potestatem: Ut & ex jure divino esse, ut soli Episcopi ordi- *Binius T. 1.*
 nent; nunquam ex Scripturâ, unicâ veritatis regulâ, poterunt probare. *Conc. ad Sec.*
 Quamobrem vi oppositum sequi necesse est, ut cum in Scripturis pres- *1. & 2. Hi-*
 bytero jus ordinandi non denegatum legamus, potestas hæc se ad pres- *eronym. E-*
 byteros sive Superattendentes quoque extendat, potissimum quandò & *pist. ad E-*
 presbyteri stylò Codici sanctissimò usitatò cum Episcopis sæpissime *vagr. T. II.*
 commisceantur (τ) servi que DEI appellentur, Patribus gravissimè mo- *f. 329.*
 nentibus. (υ) *S. 3. (μ) Concil.*

Trident. Sess: 23. c. 7. (υ) Concil. Nicæn. 1. œcum. Can. VIII. (ξ) jur. Can. dist. 23.
 c. Presbyter. 8. verbis Concil. Carth. V. c. 3. (ο) Augustin. lib. de unico baptis-
 cont. Donatist. & Tharaf. Patriarch. Constantin. Act. Conc. Nic. II. T. 3. Conc. Bin.
 Euseb. Hist. Eccl. L. 7. c. 2. f. 91. & Cod. Canon Eccl. African. c. 57. (π) Zonaras in 1.
 Canon. Apostol. & Hulsem. Apol. ministr. Evang. S. 4. (ρ) Concil. Trident. Sess.
 23. c. 7. (σ) Bellarm. Lib. de Cleric. 1. c. 14. f. 336. Bucanus Theol. Scholast. P. 3.
 Tract. 2. c. 26. q. 2. f. 722. (τ) 1. Tim. 3. v. 1. & Act. 20. c. v. 28. 1. Tim. 4. v. 6. & 2. Tim.
 2. c. v. 24. (υ) Hieronym. Com. Epist. ad Tit. c. 1. T. IX. Opp. f. 245. & Epist. ad Evagr. T.
 1. f. 3. 29. Chrysostom. Homil. XI. in C. 3. 1. Timotheum.

(ϕ) *Heerbrand. in comp. Theol. p. 460.* §. 3. Deveniendum inde ad officia ministrorum ad Ecclesiam vocatorum nobis est, quæ duobus absolvi momentis, scilicet ut doceant, nec minus Sacramenta administrent, ex subsequentibus cognitu non erit difficile. Amant quidem nostratium quorundam (ϕ) *Chemnit. in Enchirid. p. 2.* Aliis quatuor placent, & superaddunt, vel disciplinam morum, & preces (χ) vel potestatem ligandi impœnitentes, & solvendi pœnitentes; *in disput. 2. contr. Pistor. θ 25.* (ψ) Quibus tamen alii non contenti, vel hisce duobus concessis officiis docendi scilicet & administrandi Sacramenta; vitæ Christianæ exemplum, curam gregis, & pauperum sustinendorum studium præcipiunt, (χ) *Mylus. in Aug. Conf. p. 106.* (ω) vel Notitiam sanæ doctrinæ, integram ejusdem traditionem, redargutionem contradicentium; directionem ad ædificationem Ecclesiæ; exemplum inculpatæ vitæ & preces numerant. (α) Verùm enim verò b. (ψ) *Haefenreffer. L. 6. de Eccl. p. 436.* Haec omnia ad nostra duo momenta commode referri posse videntur, sin minus ad externa, hîc tamen sub censuram minime venientia, tantum pertineant, maximis Theologis (β) docentibus: haud ambigendò, vestigiis Augustanæ Confessionis (γ) innixi, Ecclesiæ ministro & doctrinam sanam, & Sacramentorum dispensationem injungimus. *Ordin. Eccl. & Pol. p. 112.* Ut enim accuratam populus habeat notitiam eorum, quæ ad Ecclesiæ ædificationem morumque correctionem faciunt, Ecclesiæ minister eum (ω) *Lobechius. disp. 14. in Aug. Conf. θ. 89.* ex paginis sacris debet edocere; quippe Scripturâ sacrâ ipsâ de se testante, (δ) quod huic negotio apta, adequataque norma antiquitus credita sit hodieque a fidelibus credatur, (ε) Verbum enim DEI solùm, quod mox lex mox Evangelium nuncupatur (ζ) ordinarium conversionis medium, & per quod homines ad DEum ducuntur, existit. Et quamvis DEUS per immediatam *ἐξαμψυ* filium suum reliquis hominibus, tanquam Apostolis manifestare potuisset; quandoquidem tamen ei placuit per stultitiam prædicationis salvos facere credentes; (η) incredibilia enim *ἄγδοξα* & stulta prorsus apparent pleraque mysteria fidei, Sacro Sanctæ Trinitatis, Incarnationis filii Dei, Redemptionis generis humani, Institutionis Sacramentorum, prædestinationis, reprobationis &c. (θ) non quod suâ naturâ talia vere sint, sed quod intellectus noster spiritualia non percipiens stulte judicat: *ὁσαυτὸν τὰ τῶν νικητῶν δῶν ὀμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχῃ τὸ μεθ' ἡμῶν, ἔτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ υἱός*

[α] *Hemmingius in pastore p. 135.* *Ursinus in Catech. p. 778.*
 [β] *Magnif. Dn. D. Calvin. in Syst. Theol. T. 8. p. 340.*
 [γ] *Artic. 14.* [δ] *Salvianus L. 3. de gubernat. Dei.* [ε] *2. Tim. c. 3. v. 16.* [ζ] *Marc. c. 16. v. 15. Rom. c. 2. v. 16. [η] 1. Cor. c. 1. v. 21. [η] Joh. 20. c. v. 21. 22. Matth. c. 20. v. 19.*
 [θ] *B. Parens Joh. Meisner dissert. de revelat. divina th. 12.*

αὐτῶν πρὸς τὰ φύσιν φανερώτατα πάντων. (σ) Quod si verò in naturalibus in- [σ] *Aristot.*
 tellectus noster tantopere cæcutiens errat, quomodo res divinas recte L. 2. *Me-*
 ac sine errore valebit cognoscere, a quibus in tantum distat, ὅσον ἕργον τῆσφ. c. 1.
 ἐστὶν ἀπὸ γαίης. εἰ δὲ ἴδωμεν δύνασιν εἰδέναι τὴν ἀληθῆ φύσιν τῶν ἀγίων πρὸς. (κ) Hinc [κ] *Plato in*
 inde respectu voluntatis divinæ verbum Dei erit necessarium, & non Epimoride
 tantum mandati (λ) quin & mediū necessitate (μ) Evangelio promissio- [λ] *Joh. c.*
 nes gratiæ de remissione peccatorum justificatione & vita æterna pro- v. 21. 22.
 pter Christum fide promissum tradente; Lege e contrariò præceptis De- *Matth. c.*
 calogi inculcatis, opera & perfectionem requirente. (ν) Quamobrem 20. v. 19.
 nihil docendum esse, nisi id quod in Scripturis revelatum est, sive quæ ex [ν] *Rom. c.*
 consequentiæ ipsius indagine ac rectò tenore recipiuntur (ξ) multa sunt 10. v. 18.
 quæ svadent. Taceo enim quod in Codice Sacro locus teneat ab au- [ν] *Aug.*
 thoritate negative; (ο) nihil de fide erit, nisi quod Deus per Apostolos a *Conf. Form.*
 Prophetas revelandò literis consignari jusit, neque cultus hæreticorum *Conc. p. 60.*
 (π) Deo acceptus erit propria auctoritate & phantasiâ excogitatus. Non [ξ] *Orige-*
 enim novis regitur Ecclesia, cum Judæorum Synagogis & Weigelia. *Proœm.*
 norum Scholis a pparitiones expectantibus, (π) revelationibus, verum *Lib. περὶ*
 in iis permanens, traditis à sermonis ministris scilicet, & super funda- *ἀρχῶν ἀρ-*
 mentum Apostolorum & Prophetarum (ρ) ædificata (σ) suspectam ha- *καὶ ἄλλων.*
 bet omnem revelationem præter legem Evangeliumque factam. [ο] *Discip.*
 (τ) Et quamvis olim visiones frequentiores fuere, quia magis de tempore *de tempore*
 necessariae, hodie tamen, quo minus necessariae, hòc infre- *Serm. 23.*
 quentiores sunt, & suspectiores habendæ, ut non immeritò [π] *Lesius*
 debeant & a magistratu Ecclesiasticò discuti, & a privatis negligi. (φ) *L. 2. de ju-*
 Allegorias equidem, nec minus Patrum ut & gentilium sapienter san- *stitia & ju-*
 ctèque dicta hòc in negotiò ab Oratore sacro adhiberi posse, nulli du- *re c. 28.*
 bitamus; Verùm quandò illas studiò humanò inventas legimus, ora- [π] *Melch.*
 culis DEi adæquari posse, nemo forte asserere audebit. De dictis au- *Canus L. S.*
 tem Patrum Augustinus. (υ) Non sunt infallibile testimonium; sed per *LL. Theol.*
 auctores Canonicos vel probabiles rationes svadent. Nihil enim au- *C. 5. Resp.*
 dendum dicere de divinis, nisi quæ nobis a Scripturâ tradita sunt, cujus *ad 4. Ar-*
 ratio est, quod Scriptura Sacra nobis tradita est, tanquam regula suffi- *gum. Wei-*
 ciens & infallibilis pro regimine totius Ecclesiastici corporis & mem- *gel. Offen-*
 brorum.

basyl. Göttl. Majest. p. 79 [ε] Eph. c. 2. [σ] Bellarm. L. 4. de V. D. c. 1. Thom. Part. 1. q. 1.
A. 8. ad 2. [τ] Gerson. Lib. de Exam doctr. Part. 2. Consid. 1. [υ] ad Hieronym.
Epist. 19. [φ] Delrio l. 4. disquis. magic. q. 3. Sect. 2.

[φ] *Gerson* brorum usque in finem mundi. Est igitur talis ars, talis regula vel ex-
Cancell. Pa. emplar cui se non conformans alia doctrina, vel abjicienda est ut hære-
ris. T. 1. de tica, aut ut suspecta & impertinens ad religionem prorsus habenda. (φ)
exam. doct. Ethnicorum tandem prophanorumque scripta & dicta, cum non sint
Part. 2. λογία Θεῶν, medium adæquatum fidei, Rhetori sacro adhibendum, [χ]
Consid. I. vitam Christianam non generant, neque alunt, aut conservant, sed
 [γ] *Ma-* tantum testimonii locò ad convincendos refractarios & durioris animi
gnif. Dn. homines utuntur; cum judiciò rarò & parcè; fabulæ verò nunquam
Ziegler. in (ψ) adhibendæ (ω) quia primus Theologorum scopus judicatur, sapien-
præf. dis- ter enarrare divinas literas: De fide non de frivolis quæstionibus ra-
sert. de Clo- tionem reddere; de pietate graviter atque efficaciter differere; La-
ric. venit chrymas excutere, ad coelestia animos inflammare, (α) quæ o-
 [ψ] *Luther.* mnia ex Scripturis peti posse commodè, sedulus literarum Sa-
T. 3. Ienens. crarum scrutator experietur, quandò fons scaturiens nec minus
Germ. f. 301. redundans omni mysteriò & doctrina saluti fera creduntur. Quandò
von blau verò auditores varii sunt, Et Presbyteriolim attentos plerosq; eruditos
Endten. habuere; Nunc socordes, segnes, peregrinantes animò, rudes atq;
 [ω] *Hype-* imperiti sint, ut eadem habeant sæpe repetere, qui dicunt, non solùm
rius L. 1. de quò infigatur memoriæq; hæreat; Sed quò intelligatur, si quid si acu-
Form. Conc. tius dictum, (β) ad captum eorum oratorem sese accomodare oport-
S. c. 12. ter; Quemadmodum enim nemò manu præhendit eadem instrumen-
 [α] *Eraf-* ta ad pugnam, quæ ad agricultram; sed alia sunt instrumenta eorum
mus in rat. qui in bellò ad pugnandum in aciem collocantur; ita non eadem lo-
Comp. per- quitur, cum omnibus qui adhortatur (γ) cum aliud sit scire tantum-
veniendi ad modò, quid homo credere debeat, propter vitam beatam adipiscen-
veram dam, quæ non nisi æterna est; & aliud scire, quemadmodum hoc i-
Theolog. c. 1. psium piis opituletur & contra impios defendatur; (δ) hinc eruditis eru-
 [β] *Lud. Vi-* dite; simplicioribus simpliciter doctrina danda, nec minus accuratè, ju-
res L. 4. de xta regulas Rhetoricas est proponenda, sine quibus Rhetor Sacer, neq;
caus. cor- gratiam auditorum sibi conciliabit, neq; res proponendas bene disper-
rupt. arti- tietur. Fama enim fermè omni Chrysoströmus, Cyprianus Hierony-
um p. 158. mus, Ambrosius, Augustinus, Clemens, &c: carerent, nisi ipsorum
seq. scripta multa eruditione repleta, tantos, oblivioni subduxissent Pa-
 [γ] *Basilius* tres, cum quibus Rhetorculus esse, quam cum quibusdam, qui sibi plus,
in fidei Con- quam homines videntur, Theologus, Erasmus (ε) cupit, maximè, si ex
fess. principiò bonò studium profectum, Spiritus Sancti instinctu, nec
 [δ] *Augustin*
C. 14. c. 1. (ε) *Erasmus in ration. Comp. perven. ad veram Theolog. c. 1. b.*

non rationis rectæ ductu, ad finem legitimum tendat: sin autem am-
bitio, aliq; pravi affectus studium hoc svadeant; ipsum sit mere affe-
ctatum, luxuriosum, contra decorum personæ dicentis, cujus est sim-
pliciter atq; perspicue dicere; contra naturam & conditionem rerum
sive doctrinæ coelestis, quæ ornari non vult, verum est contenta doceri;
neq; attemperata ad captum auditorum; deniq; spectat inanem glo-
riam dicentis & applausum vulgi, plane est damnabile. (2) Quod Scioli, (2) Tarnov.
& qui vix ac ne vix quidem Theologiam degustaverunt, negligentes, de SS. Mi-
maxime super hâc re delectantur, arbitrati, concionem optimam fore nist. p. 229.
sitantùm figuris, elegantiaq; styli, quamvis sæpe numero ex librò L. 1. c. 20.
quodam aliòq; postillarum scriptore exscriptis & compilatis, concio
abundet. Postillæ equidem, earum usus, aut scriptores nequaquam
reprehenduntur, quin potius concionatorem, præcipuè jam in mini-
steriò constitutum, iisdem securè uti posse, non tamèn, de verbò ad
verbum recitandò, verum realia, inventiones similiaq; desumendò,
cum plerisq; eruditis haud veremur pronunciare; abusus tamen vir-
gulam meretur censoriam, cum non pauci ad Ecclesiæ gubernationem
aspirent, qui impetrandæ à DEO potentia in docendò nullâ aut per-
quam exiguâ tanguntur curâ, sed postillarum beneficiò, totum hoc,
quicquid ad docendi donum & facultatem pertinet, se habere stultè sibi
persvadent. (3) Ut enim sicco præteream pede, talis farinae homines ne (3) Hyperius
quicquam quidem in Ecclesiâ ædificare, cum sibi solis placere studeant, L. 1. de
auditoresq; domum redeuntes, nihil, quam quod concio auribus grata Form. Con.
fuerit, quod concionator omnia apte narrarit, reportent; Neq; postil- c. 2. p. 20.
lam quæ forte in societate honoratiori, urbe magna, loco gravissimis
flagitiis infami, recitata est, ad auditores suos attemperare posse; Hinc
superbiam urbiũ magnarum proprium, in paganis, qui tamen vix ossi-
bus hærent, taxant: Sumptuosa convivia, quibus magnates delectantur,
pauperibus interdicit: In diebus festivis ad gratiarum actionem &
recreationem institutis, de scortationibus, adulteriis, furtis, cædibus,
peste, fame, &c. loquuntur: Pacis tempore, de injuriâ hostium præ-
senti, conqveruntur; Temporibus tranquillis, omniq; re abundan-
tibus, gratias DEO agunt, quod pestem amoverit, fame se liberarit, su-
peradditâ oratione & votò, velit DEUS ipsis jam prospicere de frumen-
tò aliisq; necessariis &c. Quandò fortasse iis temporibus cum auctor
postillam componeret, ea, occasionibus urgentibus, necessariò erant
B dicen-

dicenda. Quin imò speciali superveniente casu, maximè necessaria, quod in postilla non extant, siccò eos pede præterire oportet; & si vel maximè tentatus ab ipsis casus, neq; sine magnò sudore excogitatus, prorumpit, præceptis Apostoli (θ) neglectis ὕστερον πρῶτερον commit-
 (θ) 2. Tim. 3. tūt, rem à calce quæ à capite alias inchoanda, ordiuntur, ab executione
 c. v. 16. incipiunt, & fratrem quem tamen prius monere debebant, contra re-
 (ι) Matth. c. gulas divinas (ι) ut & humanas jam jam excommunicant, vel vitia ta-
 18. v. 15. xanda, tali pingunt colore, sermone describunt indecorò, ut auditores
 (κ) In Exam. lachrymas fusè profluentes, non quidem tristis, quin à nimio risu ex-
 p. 3. & P. 2. pulsos, abstergere opus habeant: cum tamen Ecclesiastica prudentia
 Problem. p longè aliud svadeat, verbumq; non ut hominum, verùm ut DEI, sum-
 113. màm cum modestià & gravitate, ne etiam per accidens inconcinna in-
 (λ) Magnif. compositaq; oratio neglectum sibi conciliet, proponere jubeat. Enim-
 Dn. D. Ca- verò ἐπανόρθωσιν ministro Ecclesiæ non detrectamus, quippè quæ juxta
 lov. Syst. Aretium (κ) pars clavis ligantis, & sic officium est pastoris tertium; neq;
 Theol. T. 8. etiam elenchum hæreticorum: quandò hic etiam Calvinianis, Pontifi-
 p. 343. seq. ciis Syncretistis, aliisq; reclamantibus adhiberi debet (λ) quia πᾶσα γρη-
 & p. 347. φή est ὠφέλιμος, χρήσιμος & ἀνταρκής, utilis conveniens & sufficiens
 seq. πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἐλεγχόν, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδίαν τὴν ἐν δι-
 καιοσύνη, & sic omnia, tam ad fidem, quam ad mores pertinentia, ne-
 (μ) Bellarm. gante hoc ipsum quamvis pontificulorum caterva, (μ) & scitu ad salu-
 L. 4. de V. D. tem necessaria continet, quandoquidē ex Sacrà Scripturà cœlestis com-
 non scripto paratur doctrina, quâ indigemus ad salutem requirendam & conser-
 c. 4. vandam; redarguit ipsa errores salutem impediētes; corrigit cor-
 (ν) Balduin. ruptos, & in viam reducit, qui exorbitaverant in moribus; instituit
 Comm. in e- deniq; in justitià, in præceptis morum, ut sciamus quibus virtutibus
 pist. Pauli recte DEO possimus inservire (ν) est enim verissima regula in dogmati-
 ad c. 3. 2. bus (ξ) exquisita omnium rerum trutina & regula, divinaq; statera
 Tim. v. 16. Chrysoptomò & Augustinò Patribus maximis confitentibus; Talis ta-
 p. 1438. b. men accusatur concionator, qui extra oleas vagandò μοχ πολὺ περιγυμῶν
 (ξ) Origenes contra Serenissimi edictum, (ο) iudex, vel causam dicens, aut verba pro
 tract. 27. in aliò faciens videtur, quem tamen decebat doctorem sive præceptorem
 Matth. auditorum esse; aut totam horam in epanorthosi consumit, nec fortas-
 (ο) in Consti- sis se non concionatum putat, nisi ἐπανορθώσῃ eaq; vehementi sit usus;
 tut. Ecclesi. Cum tamen hanc ob causam populo exosus, auditoriq; ingratus redda-
 est. tur, peccatores securi fiant, & quod frequens ἐπανόρθωσις auribus pec-
 cato-

catorum familiaris redditā est, minister Ecclesiæ sine sibi proposito ex- (π) Magnif-
cidit, quem tamen parcius adhibita epanorthosi, certò sibi polliceri D. D. Calov
potuisset. T. 8. Syst.

§. 4. Administratio dispensatioq; Sacramentorum alterum Th. p. 332.
sacerdotis officium est, peculiari vocatione consequendum. Haud (ρ) Tertull.
tamen inficias imus in necessitatis casu rebusq; sic urgentibus, etiam Lib. ad
privatos ministerium verbi suscipere posse, nec multa eruditione opus Martyres.
esse, imprimis quantum ad baptismū attinet: Verum ordinariè ad mi- (σ) Vegeti-
nisterium sacrum, Sacramenta, sensu strictissimò accepta, alligata, ei- us L. 2. de re
demq; commissa esse, omnes omnino unò confitentur ore. (τ) Aliàs milit. c. 5.
enim Sacramenti vocabulum, olim & hodie varia significasse certum, (τ) Gellius
imò certissimum est, & si vel scriptores modernos in negotiis tam The- Noct. Att.
ologicis quam Politicis distractos, consulamus; nobis erit obvium. cap. 4. Cin-
Enimverò politicis & viris in Curiā versantibus antiquitus omne deno- cius de re
bat juramentum: quod Patres (ρ) in usum suum trahentes, Vocati sumus, milit. lib. 5.
inquirunt, ad militiam DEI vivi, jam tunc, cum in Sacramenti verba re- (υ) Satyr. 16.
spondimus. Strictiori verò sensu accipiebatur, pro ὄρκιον στρατηγικόν (φ) (φ) Isidorus
sine quo militare contra hostes militi nefas habebatur, (τ) capitisque u- l. 9. c. 3.
tilatro damnabatur, si hostem ante Sacramentum præstitum occidis- Servius in 8.
set, & hinc adeò evenit, ut Sacramentum constitutum militis cense- Lib. Æneid.
retur, & idem ac miles denotaret, Juvenali (υ) docente, (χ) Joh. Bri-

*Premia nunc alia atque alia emolumenta notemus tannic. in
Sacramentorum, juven. Sa-*

Quin imò militiam diceret ipsam, quæ in Sacramentum, evocationem tyr. 16.
& conjurationem dispertiebatur. (φ) Sponsionem aliis etiam mutuam (ψ) Varro
denotabat, quando per consensum aliquid deponebatur & sequestra- Lib. 6. de
batur; (χ) quamobrem Pontificiis ipsa est pecunia, apud Pontificem ling. lat &
summum in locò sanctò aligentibus deposita, ut lite finitâ victor suam Cicero epist.
integram repetat; victi verò ærario cedat, usibus sacris impendenda. Famil. 32. l.
(ψ) Haud tamèn eundem sensum obtinet inter Theologos, & quamvis 7. & lib. 1.
ἀγροφον, primumq; a Tertulliano (ω) traductum, (α) à Protestantibus de Orat.
usurpatur, adhibitumq; testatur, turpiter se dare Ulenburgium (β) (ω) in Core-
quando Carolostadii (γ) Zvinglii (δ) Calvinii (ε) aliorumq; Calvinii- na militum.
anorum

(α) M. D. D. Calov. Syst. Th. T. 9. p. 88. (β) in Causa Apostas. 21. (γ) Lib de imagin. &
Sacram. adv. Luther. (δ) Lib. de vera & fals. relig. Cap. de Sacram. T. 2. f. 19. &
(ε) Lib. 4. Instit. c. 14. th. 13. p. 829.

(S) Franz. anorum sententiam, omnibus affingendō Protestantibus, dicit, illos
contr. minus æquos vocabolo Sacramenti esse. Hoc quidem lubentissime
Smalc. p. fatemur, Protestantes nequaquam in Pontificiorum sententiam secede-
 372. re, & per Sacramentum tremendum & adorandum intelligere, (S) ut
(N) August. potius dicant, in sacro codice sæpius doctrinam rerum sacrarum area-
 T. 8. Opp. nam; aut harum signaculum, invisibilis gratiæ scilicet, visibile si-
 Col. 889. & gnium; aut scientiam de DEO & Christo notare; neq; tantum ad Arti-
 lib. de Ca- culos fidei, patribus quibusdam affirmantibus, (N) sed etiam ad doctri-
 tech. radib9 nas alias sese extendere, sicq; potius *ἑμυσπία* Synonymum esse, quare-
 c. 26. T. 4. p. nus scilicet rei sive actioni occultæ æquipollet. Quandò verò hæ signi-
 272. D. ficationes nimis laxæ sunt, in propriissimō significatu, pro sigillō signō
 (H) Brochm. & medio externō, quō res cœlestis declaratur ob signatur & communi-
 T. 1. Syst. tk. catur (H) accipimus, q̄valia Baptismum & Cœnam in Novō, Pascha verò
 p. 397. seq. Judæorum & circumcisionem in Veteri fœdere credimus, cum Sacra-
 Augustin. menta tam ordinaria, Initiationis scilicet sive adoptionis Baptismus &
 lib. 19. contr. circumcisio; Confirmationis autem seu nutritionis Cœna & Pascha:
 Faustum p. Quàm extraordinaria, Transitus per mare rubrum, commoratio sub
 12. c. 16. T. 6. nube, commestio manniæ, Potatio aquæ ex petra; (I) ritus, sint qui ha-
 Opp. bent mandatum DEI, & quibus addita est promissio gratiæ, ita Sacra-
 (A) Botfacc. menta quæ fortassis inde nomen sortita sunt, quod nos DEO sacran̄,
 Moral. p. organa sanctificandi sunt, Dei voluntatem exponunt, ad fidem & pi-
 933. A. S. 9. etatem disponunt, adjutore DEI spiritu movent, ut animos
 (K) Marting nostros ad sancta studia componamus, (K) ex locis sacris (λ) Augustanā
 Martini in confessione definiente. (μ) Hinc ad eō duo in quolibet Sacramen-
 Lexico Phi- tō veniunt observanda; mandatum DEI, & ejusdem executio; sive ju-
 lolog. Voce ramentum à parte DEI, juramentō sese nobis in filiō, & propter filium
 Sacram. obligantis, quod non velit mortem peccatoris, sed nobis propter Chri-
 (λ) Rom c. 4. stum propitium futurum; (ν) Nec minus juramentum ex parte nostrā,
 vers. 11. quō certō pollicemur nos solum hunc DEum culturos, eā ratione,
 (μ) p. 200. & quam nobis præscripsit, (ξ) quamvis quoad externam formam, culmō
 500. stramineō vilior videatur. (ο) cum voluntatem Dei fundamentum to-
 (ν) Ezech. 18. tius cultus positum legamus, (ω) non permittentem homini addere
 s. v. 23. Ebr. aliquid aut detrahere mandatis. Quod juramentum toties, quoties
 s. c. v. 17. c. 7. Sacramentō cœnæ, quandō baptismus non est repetendus, utimur, ite-
 p. 28. ramus, & vel conditionibus impletis absolutionem expectamus; Vel
 (ξ) Flacius indigni cum fidem datam frangant, juramentum per sacramentum ju-
 Clav. Script. ratum
 S. p. 3085. in Voce Sacram. (ο) Aug. Confess. Art. 9. p. 12. & 536. (π) Deut. 4. s. v. 2. c. 12. v. 32.

ratum non servent, & sic grande scelus indignè edendò & bibendò (e) Apò.
commitant in corpus & Sangvinem Christi (e) eò ipsò da- Aug. (conf.)
mnantur. Novum verò fœdus duo tantùm agnoscit, ba- p. 743.
ptismum & cœnam dominicam. Alterum initationis, neque (o) Botfac.
unquam repetendum; confirmationis alterum, toties faciendum, Moral. p.
quoties Christianus fidem vacillare, amoremque erga DEum debilitari 931. in voce
sentit: Per baptismum etenim, aquam divinò mandatò comprehensam, Sacrament.
nec minus verbò DEi obsignatam, gratia ordinariè offertur, homines in (r) Macco-
fœdus DEi recipiuntur, filiique Christiani & hæredes Dei nuncupan- vias in LL.
tur: Et per Eucharistiam, in quâ verum corpus & verus sanguis Domi- CC. de signis
ni nostri JESU Christi in & sub pane & vinò, omnibus manducantibus & Sacram. p.
bibentibus verè distribuitur, promissio gratiæ in Sacramentò initiatio- 325. Sadeel.
nis facta, singulis credentibus applicatur & obsignatur. Hinc adeò de Sacram.
duo, rem nimirum terrenam, sive elementum visibile, & rem cœlestem, Manduc. p.
in quolibet Sacramentò, Scripturâ nos docente, reperiri facile credi- 296. a. c. 4.
mus, quæ tam arctum inter se conservant nexum, ut separata, potius (u) Aug. l. 2.
substantiæ incompletæ, si Sacramentum ὀλικῶς, pro totâ actione, verbis de C. D. c. 25.
DEi præscriptâ, non μελικῶς pro elementò solum externò signò & sym- (φ) Matth.
bolò in oculos incurrente (σ) respicias, nominari veniant: Nam ver- c. XXIX.
bum sine elementò nullum creditur sacramentum, verùm oportet, ut (x) Wigand.
verbum accedat ad elementum, contrariam quamvis tuente Reforma- de Schyvenc
torum acervâ (r) sententiam, si Sacramenti forma debet esse integra, (v) feld. p. 333.
Quamobrem in baptismo videmus aquam, materiam terrenam, Schlüsselb.
simul ac credimus materiam cœlestem quæ colligi potest è verbis Catal. here-
institutionis. Cœterum objectum Baptismi exprimit verbum man- ric. l. 10.
dati: (φ) baptizate omnes homines, complectens tam adultos quam p. 569. seq.
infantes; cum particula πάντες hic loci universaliter & collectivè, nullò (ψ) Coloss. c.
habitò respectu vel ad sexum, more in veteri fœdere usitatò, vel ad æta- 2, v. 12.
tem, dicat, omnibus hominibus gratiam esse conferendam per bap- (ω) Luth. T.
tismum, (x) quandò baptismus circumcisione abrogata, cujus primariū 2. Isleb. f. 135.
objectum infantes, haud tamen exclusis adultis, erant, medium salutis b. epist. ad e-
existit. (ψ) Alterum Sacramentum ostendit nobis panem & vinum, lect. Saxon.
cum corpore & sanguine Christi conjunctum, & quidem tam intimè, (α) Aug.
quàm olim Cherub præsens fuit arcæ fœderis inter Deum & Israelitas Barbosa in
lanciti; (ω) Omnibus dandum, qui credunt, quod verba promissionis Decr. f. 7. n. 17
pollicentur, Cum enim sola fides Eucharistiam agnoscat (α) amentibus,

(β) *Matth.* bus, aperte infidelibus, incredelis, manifestis hæreticis, præfractis p c-
 6.7. v.6. catoribus, impœnitentibus, aliisque hujus farinae hominibus, nequa-
 (γ) *Isid. lib.* quam, quamvis etiam desiderent, danda; præterquam enim, quod lex
Erymol. VI. expressa data sit: Ne detis quod sanctum est canibus; (β) etiam antiqui-
 c. *de officiis.* tatem suspicimus, quæ omnibus seculis id ipsum egit, ut hoc tremen-
 (δ) *Cassand.* dum mysterium eâ quâ par erat devotione veneraretur, neque quod
in Lyturgi- Deus sanctificavit commune faceret. Hinc neque omnes promiscue
eis. Ecclesia antiqua admisit, quin potius audientes fecit, mox competen-
 (ε) *Chrysof.* tes, & denique fideles & Christianos, quos ἑπόπτας καὶ μετόχους τῶν μη-
Homil. 46. σιῶν vocare consueverat, & Sacram faciente Synoxin exclamavit:
in Johann. ὅσοι κατηχῆται πορεύεσθε: vel ἔξω παρτεῖτε ὅσοι ἐνεργῆται, ὅσοι ἀμύ-
 (ζ) *Irenæus* ητοι &c. (γ) quem morem etiam servatum, & adhuc hodie illius rationem
lib. 4. haberi, apud Græcos, Syros, Æthiopas, Regni, Presto Johannis inco-
 (η) *Menze-* las, Armenios, Moscovitas, & Christianos in India, apud earum regio-
rgin der Er- num peritos legimus: (δ) Enimverò ab hâc mensâ, tanquam leones
leuterung ignem spirantes, surgimus, diabolò formidolosi, (ε) sancti, justi, incor-
gegen die ruptibiles; cum panis percipiens vocationem DEi, jam non communis
Lucernam panis sit, verùm Evcharistia; Sic corpora nostra, percipientia Evchari-
Paderbor- stiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia; (ζ) Id-
nens. A. 1614 circò quoque Christianis toties porrigebatur, & hodiè adhuc tota por-
f. 12. rigi petentibus fidelibus debet, quoties eâ & uti volunt, & desiderium
 (θ) *Oonseel.* ejus eos tangit. (η) Fabiani equidem Pontificis Maximi judicio, suffice-
p. 659. 660. ret homini tribus vicibus quotannis Sacram expetere mensam; Inno-
sermon. spi- centius tantum pro unâ conclusum dedit vice; (θ) & Antichristò in ordine
rit. CXLVII. si principium numerationis à Bonifacio III. (ι) petamus, decer-
 (ι) *vid. Pla-* nente, hominis fidem securam esse, quamvis plane non Sacrà utatur cœ-
tina in vitis nâ. Cum enim unam tantum partem Johannes XXIV. (κ) vel potius Jo-
Pontif. hanne deposito, Patres Concilii Constantiensis, innixi Concilio Late-
 (κ) *Binnius* ranſi Sec. XIII. celebrato (λ) distribuere jusserunt, homo percipiens eam,
T. 3. Conc. neq; Sacramentum habebit; sed, quemadmodum homo ἀκέφαλος vel
Conc. Con- ἀπῆσ sive corpus inanimatum, aut anima separata, monstrum potius, ca-
stantiens. daver, aut spiritus, quam homo a naturalium rerum Doctoribus nun-
Oecum Sess. cupatur; Eadem ratione panis & corpus, pars quidem constituens Sa-
13. p. 1589. cramenti, non verò ipsum Sacramentum erunt. Requiritur igitur &
Caranz. panis cum corpore conjunctus, & vinum sanguinem continens ad i-
p. 626. psam Sacramenti materiam; ad formam verò, quam alterum Sacra-
 (λ) *vid. Ur-* menti
Sperg. Trith. & *Helvicus in Theatr. Chronol.*

menti constitutum docent Theologi, *δώσις καὶ λήψις*. Siquidem a- (μ) Polanus
 analogia signi ad rem signatam Calvinianorum (μ) nullò nititur stabili *Synt.th.L.6.*
 fundamentò. Signum quidem in sacrâ agnoscimus cœnâ, panem, per *c.49. p.490.*
 verbum cum corpore Christi tanquam signatò connexum, & vinum ru- *Keck, L.*
 brum sive album, tantùm purum, non aliò liqore mistum (conce- *Th.Syst.c.8.*
 dentibus hoc quamvis Pontificibus (ν) copulatum cum sanguine; ve- *p.361. Trel-*
 rùm cum forma sit, per quam res id est, quod est; panis autem & vi- *cat.l.2. Inst.*
 num quamvis cum materiâ cœlesti copulatum extra usum non est, quod *Theol.p.189.*
 esse debet, forma potius, *δώσις & λήψις* salutabitur. Hinc non tan- *195.*
 tùm forma Sacramenti perit, si minister Ecclesiæ sibi ipsi Sacramentum (ν) *Baron.T.*
 porrigit; quin & solus panis conjunctus licet per verbum cum corpore *2. Annal.f.*
 Christi, merus manebit panis; quandò corpus Christi fit, quod secun- *90.n.40.*
 dum præceptum Christi cum corpore ejus, & Vinum simul cum San-
 guine, per verba institutionis, pane & vinò una præsentè, à personâ
 legitimâ, pronunciata, copulantur. Pactum enim est foedus, quod si-
 ne sanguine sanciri nequit (ξ) inter DEUM & homines, & ideir cò San- (ξ) *Gen.c.15,*
 guine quoq; firmatum, quia foedus sine sanguine nullum; (ο) Quare *v.9.*
 præceptum & ordinatio Christi, communicandi sub utrâq; obtinuit, (ο) *Cyrillus*
 donec Anti-Christus Occidentalis, DEO in omnibus contrarius sur- *lib contr.*
 rexit, foedus DEI fregit, doctrinam novam planeq; perniciosam propo- *Julian.*
 suit, & sic multos à DEO avertit. Quam in Laicos injuriam multi cor- *in sine.*
 datiorum dolere, adeò quidem, ut Martinus V. Papa CCXV. Anno
 1417. creatus, vel quod hypocrita esset, vel quod videret plebi injuriam
 fieri, Romæ sub utrâq; communicavit (π) Cujus vestigia Johannes Hus, (π) *Cassand.*
 & Hieronymus Pragensis legentes, calicem omnibus dedere, quibus *Opp.f.284.*
 exustis Constantiæ, constantem nihilominus firmumq; Bohemi serva- *seqq.*
 runt animum, & calicem in ædibus sacris interdictum, in sylvis cam-
 pisq; distribuerunt, (θ) donec Thavmaturgus noster Germanicus, (θ) *Æn.*
σκεῦος ἐκλογῆς Θεῶν calicem universo reddidit orbi, ostendens, fidem si- *Sylv.C.36.*
 ne calice conservari non posse. Cum enim Sacramentum Evcharistiæ *Hist.Bohem.*
 tantùm hominis fidem confirmet, quia in spiritualibus animalis homo *f.16.Opp.*
 nihil potest; (ι) Mortales verò Sacramentum non accipiant, fides certè (ι) *1. Cor.2.6.*
 perit, & salute excidunt æterna, cum tamen hòc viaticò muniti, salu- *v.14.*
 rêm consequi potuissent perpetuam, quando hominibus non ad judi-
 cium, sed in salutis medium positum legitur. (κ) Enim verò Baptismi Sa- (κ) *ad August.*
 cramentò Ecclesiæ initiamur: Evcharistiâ autem, fidem nostram ali- *T.9.opp.Col.*
 mus, *230.A.*

(λ) B. D. mus, sustinemus, confirmamus & adaugemus, (λ) quando finis Sacra-
 Job. Mein. menti non tantum σηματικῶς, quin potius effectivus vel μετὰ δολικῶς
 P. Min Ex- gratiæ scilicet exhibitivus, vel σφραγιστικῶς obsignativus justitiæ (μ) cre-
 amine Ca- ditur. Exinde præter institutum nec minus intentionem Dei, aliis, a
 tech. Palat. Pontificiis applicantur Sacramenta rebus; maximâq; injuriâ afficiunt
 p. 46. baptismum, quando campanas baptizant; maximâ injurâ afficiunt
 (μ) Magnif. corpus Christi, vel pro tempestatibus (ν) vel ad imbres cientos, (ξ) vel pro
 D. Calov. T. pace (ο) &c. quotidie crucifigentes; quod tamen semel tantû in ara cru-
 9. Syst. Theol. cis erat offerendum. Mediante enim illô Sacramentô, baptisate ni-
 p. 90. mirum tincti, peccatores nomina sua Christo dant, Christianiq; au-
 (ν) Lullus, in diunt: Hôc autem Sacramentô Christiani utuntur, ne memoria re-
 epist. ad Den demtoris pereat, & cum memoria Christifimul homo ipse; quamobrem
 chard. ap. in primæ Ecclesiæ calicibus eucharisticis imaginem pastoris oviculum
 Plesseum in humeris gestantis, & adhuc hodie contemplamur, (π) Nec minus ty-
 l. 1. c. 9. p. 247 pum crucifixi Christi, aut agni triumphantis agnoscimus in oblatis aut
 de Myster. pane dominicô. Oblatæ enim constantes ex frumentô & aquâ mate-
 (ξ) Calixt. de riâ scilicet panis, in latinâ quidem Azymô, in Græcâ fermentatô, (ε) jam
 Transubst. tum Anno Christi 380. 390. (σ) usitata, & antiquioribus adhuc tempo-
 Th 34. ribus adhibitæ, de quibus decretum firmatum, ne numerus persona-
 (ο) Sigeber- rum oblatas excedat, (τ) verus panis sunt, cum forma externa, circula-
 rus ad Ann. ris, & plana, ad essentiam panis nihil faciat,
 IV. Henr. V.
 Imper. Cu-
 spin. in
 Henr. V.

THE S. II.

Hinc disquiritur, rectene Jesuitæ &

*Pontifex Romanus emissarios in utramq; Indiam mit-
 tentes faciant, quippe vocatione
 carentes.*

§. I.

Cum jam in præcedenti Thesi stabilitum sit, nemini docere aut Sa-
 cramenta administrare permissum esse nisi, legitimâ vocatione
 gaudeat; dubium nobis Patres Jesuitæ movent, qui stipati auctoritate,
 voluntatiq; Pontificis Maximi innitentes in utrasq; Indias Orientalem
 & Occidentalem, Asiam scilicet & Africam proficiscuntur, & ibidem
 Christum regula ordinis sui coacti prædicant. Cum enim Ignatius
 Loy-

(π) Tertull.
 l. de pudic. c.
 7. ab init.
 (ρ) Toletanus
 l. 2. Instr. Sa-
 cer dotal.
 c. 25.
 (σ) Epiph.
 Ancorat. &
 Gentianus
 Heroclius.
 (τ) Clemens
 epist. 2. &

Balduin. Cas. Conscient. l. 2. c. 12.

Loyola ex desperatione, quæ militem aut monachum huc usq; compo-
nere consuevit, militiam secutus esset, citò militiæ pertæsus, cum socio
Paschali Brovet, novam induit formam, & ne fame periret, monachum
se simulavit. Diu verò apud se cogitans, cui ex tot diversisq; ordini-
bus sese addiceret, ut vitam beatam, splendidam, otiosam, pigram, nul-
lis regulis legibusq; adstrictam, ageret; nova animum incesit religio.
Quamvis enim bene perspiciebat, se in monasteriis, quodcunq; etiam e-
ligeret; quando hodiernâ luce receptacula latronum, nequam, pesti-
mæq; farina hominum inveniuntur, qui laborare recusantes, laicorum
sanguinè sudorèq; devorant; tutò latere posse; ambitio tamen non per-
misit, ut ipse aulae asseruus monasteriò se circumscribi pateretur; no-
vum excogitavit ordinem, qui inter vitam politicam & monasticam
mediū quasi tenebat. Quæ res eum non fefellit, quippe cucullâ liberum
ipsi aditum ad reges, quod maximè in votis habebat, sternebat; sub
specie religionis virginibus foeminisq; imponebat, quæ religione de-
ceptæ, arcana cordis homini communicabant, & leviter libidinosæ
verbis libidinantibus & stimulantibus à pruriente patre incendeban-
tur, specieq; Sacramenti in sacrilegium moniales nefariò concubitu
vocabantur, (v) & quod peccatum hoc fornicationis, vi clavium sibi
concreditarum ipse remittere poterat, ab ipso stuprabantur; (φ) Purga-
torium opes reliquis, quas antiquitus Galenus solus dare assolebat, libe-
raliter sub ministrabat, quando mediante hōc simpliciorum marsupia, à
nummis superfluis, & sæpissime omnibus purgabant; quæ momenta i-
psimet omnia in libellis passim confitentur, & præsertim in iis, qui de
institutione & informatione Indorum agunt, scribes, aprez que j'eus
assisté a la mort d'un jeune Chevalier fort riche & neantmoins sans heri-
tiers, Dieu voulut, que je persuaday à la mere & à la femme de celvi cy,
que de si grandes richesses consacra a Dieu, par le deffunct, elles an fus-
sent bastir & fonder un monastere &c. Et les unes promettoient de
dire le chappelet, les autres d'ouir plus jeus Messes pour son ame les au-
tres de le delivrer des peines du purgatoire avec leurs grains benists, les
autres faire disciplines & telles autres penitences &c. (x) Quare cum vi-
deret, rem eum sortiri eventum, quem expectaverat, circa annum Chri-
sti DMXXX. Pontificem Paulum III. adiit, summisq; precibus conten-
dit, ut ordinem hunc suum ad duas adstrictum regulas, prædicationem
scilicet verbi ad gentes; & informandos in liberalibus artibus Christi-
anos, 1682.

(v) Gram-
mond. Hist.
Gall. L. 1.

p. 22.

(φ) Tradt.
Gall. le Ca-
pucin de-
masqué.

(x) Lettra
du Pern

Brasil &

Japan. p. 26

52. & 53. l'

Adamite, ou

le Jesuite

insensible

condamne

par le Ma-

gistrat de

Reims, im-

prime a Co-

logne en

C

628



anos, confirmaret: Mundum enim regi velle opinionibus & maxime
religiosis, neque ullam rem magis animos hominum movere prater
religionem; novum hinc inde ordinem se proposuisse, qui non tan-
tum salutaris sibi, quam Pontifici ipsi maxime præcipueq; sit futurus,
Obtusa mentis Potifex, ægre videns, quid Ignatius sibi vellet, vix ad-
duci poterat, ut ordini huic, novitate rei monstratæq; religionis, quæ
& militem, & regem, & nobilem, & civem, & rusticum sub unâ coar-
ctabat cucullâ, territus, subscriberet, quin prius cautelam & legem ad-
deret, ne sociorum numerus ultra sexaginta excreceret. Hoc ægre
mortuò, Jesuitæ vel Compagnia di Giesu, hoc est Fratres Societates Je-
su, quem speciosissimum sibi titulum ipsis imposuere, cum nequaquam

(ψ) *Hafen-* ab Ignatio Loyola, ipso scribente (ψ) Ignatiani sive Loyolitæ uti Gna-
müller c.2. tonici a Gnatone (ω) dici velint, quia Ignatius Romam profectus, a
Hist. Jesuit. Christo admonitus sit, Matre Mariâ suadente, ut socios Jesu con-
(ω) *Terent.* scriberet, quia paucos haberet inter clericos fideles servos, Julio III. &
Andria. subsequenti Paulo IV. Papis, mentem suam magis magisque explicant,

versutissimosq; Patres permovent, ut non tantum subscriptione, quin
etiam diplomatis, Bullis, privilegiisq; ordinem ultro munerare non re-
cusarent. (ψ) Jam enim videbant Jesuitas, regulis suis per motos, to-
tum per vagari mundum: neq; terminum, Europæ fines agnoscere, sed

(ψ) *Estienne* invictissimi Cæsaris, PLUS ULTRA, examinando, Asiam & Americâ pe-
Pasquiers tere superstitionemq; transubstantiationis propagare & errores Anti-
L. 4. Epist. Christi dissimulare. Ily en a un de nostres, inquit Jesuitæ, qui en-
& Ad. seigne tous les jours les moyens de bien manler les consciences aux Pre-
stres du pays. &c. Et quand a ce qui appartient a la conversion des In-
diens, nos gens s' exercent fort a l' instruire du chapelet, du messes, du

purgatorie &c. (ω) Videbant quoq; consilia principum explorare, &
papatum ruentem, verbòq; DEI per Lutheram prædicatò destructum,
suffulcire. Videbant se mediantibus his circumcellionibus in arcana

(ω) *Lettere* omnium consilia, imo in ea, quæ alta adhæc mente premuntur, inquirere
du Japon posse. Hinc non tantum ab eò tempore numerus eorum mirum in-
Peru & modum crescere & incrementa sumere ccepit, sed & mundus istis re-
*Boasil impri-*pletus est impostoribus, qui sub agni pelle, lupi rapaces, terram pereur-
me a Lyon rentes, agnos haud impediti devorant & consumunt. Verum cum

jam venerunt, qui conditam & seculi sui malignitate compressam veri-
tatem, publicarunt dies, fraudes eorum detecta, auctoritas labefactata,
adeò

an 1580. p. 24
25. 70. seq.

adeo quidem, ut regna integra ipsis interdicta, superstitionisq; eorum
Sociis exosi sint facti. Etiam si enim omnibus viventibus aliquandiam
silenium livor uti olim (a) ita & hodie indixit; venerunt tamen qui si- (a) Seneca
ne offensam, sine gratia judicarunt: Nihil simulatio profecit, paucis im- in epist. 97.
posuit leviter extrinsecus inducta facies; quæ enim decipiunt, nihil in fine.
solidi habent, & tenue est mendacium, perlucetq; si diligenter inspe-
xeris. Hinc Sapiens monitis commotus, inspiciam hos cucullatos
fratres, personas ipsis detraham, qualiq; vocatione, quando ad Indos
proficiscuntur se tueri possint, perlustrabo.

§. 2. Primum e quidem argumentum, quo technas suas tegere
laborant, ab inspiratione, mandatoq; Spiritus Sancti petunt, Antesi-
gnanum Ignatium peculiari extraordinariaq; vocatione vocantis,
(quam etiam Beza, (b) in Galliis aliquando lite Sacramentaria ortam, in- (b) Chemnitius
terrogatus, gloriatus est) nec minus segregantis, Evangelium ad Eth- P. 2. LL. de
nicos dantis, inq; locum Pauli & Barnabæ gentium Apostolorum sub- Eccl. c. 4.
stituentis. Hinc se ordinis hujus participes eadem gaudere vocatione Sect. 1. p.
& ad idem opus mitti. Enimvero concederemus, lubentesq; largire- 119. b.
mur ambabus etiam manibus, nisi hypothesis adhuc & κενόμενον esset,
quod Jesuitæ plenis tanquam verum, exclamant buccis. Cum enim
Spiritus Sanctus non ingrediatur corpus peccaminosum (γ) multo mi- (γ) Sap. 1, c.
nus domicilium sibi ædificabit, in his, id operæ tantum dantibus, ut v. 4.
principes decipiant; debiliorem sexum subornent; & impune scelera
perpetrare possint. Cum enim Spiritus Sanctus sit auctor & princeps pa- (d) 1. Cor. c.
cis, (δ) corda horum, rapinis cædibusq; plena, maximè fugiet. Cum Spi- 14. v. 13. Gal.
ritus Sanctus sit princeps veritatis, (ε) nihil habebit commercii, cum c. 5. v. 22.
his maximis mundi turbatoribus; qui toti mundo imponentes, pacem (ε) Joh. c. 14.
prædicant; reservationum verò mentalium vi hæreticis vel potius Chri- v. 17. c. 15. v.
sti servis, fidem denegandum esse crepant. Nihil ergo cum his Spiri- 26. c. 16. v. 13.
tus Sanctus commune habet; Omnia sunt humana consilia & effata,
quæ in immodica & sane quam pudenda, pontificum tuenda, domina-
tione consumuntur. Illinc responsa, tanquam Delphis aut Dodonâ
expectantur. Illinc nimirum Spiritus ille Sanctus, quem sibi suisq;
conciliabulis præ esse jactant, tabellarii manticis inclusus mittitur; qui
quod admodum ridiculum est, cum aliquando ut fit, aquæ pluvii ex-
crescunt, non ante ad volare potest, quam inundationes desident. Ita
fit,

(§) *Dudithy* fit, ut Spiritus non super aquas, ut est in Genesi, sed secus aquas feratur.

Episcop. Oportentofam & singularem dementiam. (§)

Quinqve c. §. 3. Neque immediata vocatio, quidquam subministrat subsi-

cles.in epist. dit; cum jam multis ab hinc seculis, in veteri quidem Ecclesia cum Ma-

ad Maximil. lachia, (¶) in Novò verò Testamento Canone consummatò, cessaverit,

Cesar.de & Deus hodie neminem immediate, sed mediantibus ministris vocet;

Concil. cujus virtute ullum jus in Americanos gloriari possint. Canone enim

Trident. a Prophetis per quos πολυμέρως καὶ πολυτρόπως patribus locutus est,

(¶) *Gene-* κατὰ φαντασίαν ἡμερῶν τε καὶ τὴν ἑὴν φύσιν, quem loquendi modum

brandus lib. corporalem vocant; κατ' ὄψιν, imaginarium; & κατ' ἐπιπέδωσιν ἑ-

2.Chronol. γεμονίας τοῖς μέγιστοις, ὡς τοῖς παρῶσι συγγινόμενοι, intellectualem; (i) in-

p.166. choatò, & Apostolorum operà perfectò, veritateq; Evangelia Luthe-

(θ) *Pf. 19. v.* rò rursùm detectà, omnes lucem vident, cum exortus illius ab extre-

7. mitate coelorum, & revolutio ejus ad extremitates sit facta. (θ) Hinc

(i) *Heinsius* inde oportet, ut stultus sit, qui media die cellas percurrens, de Sole

Aristarch. S. conqueratur, quod non luceat; Vel qui in umbra locisq; opacis & ab-

p.910. Alph. ditis calorem ejus desideret; pariq; passu incedet, censuramq; eandem

Tostatus q. merebitur, qui insipientem & præfracte negantem docere studet, loca

ii. Sup. l.3. aprica, solis tantum capacia caloris inveniri. Habent enim hodie om-

Reg. c.9. nes. Mosen & Prophetas, eos præceptores audiant, qui sufficientes om-

niem lapidem movendi, Christum permoverunt, ut ipse, Canone

quamvis nondum perfectò contestatus sit, haud opus esse spectris aut

heluonibus, quos tamen infernus, proli dolor, catervatim eructat, qui

(i) *Luc. 6. 16.* mundò salutem prædicent. (i)

p.31. §. 4. Si verò vel maximè immediata adhuc hodie locum habe-

(x) *Binius* ret vocatio, necesse tamen esset ut vocatio ad certam restringeretur Ec-

T.2. Concil. clesiam. Etenim Paulus & Barnabas, imò ipse Petrus, nunquam to-

p.129. Ca- tum pervagati sunt orbem, sed vel in Asia minoris Ecclesiis, vel in Judai-

ranza Sum. cis Synagogis docere contenti, cæteris Apostolis reliquas terræ partes

Conc. p.253. edocendas permisere. Quod exemplum Concilio Oecumenico IV.

Chalcedonensi auctor fuit decernendi, ne ullus absolute, nisi ad certam

& specialem Ecclesiam, ordinetur. Neque in gradu Ecclesiastico, nisi

specialiter Ecclesiae, civitatis aut possessionis, aut martyrii, aut mona-

sterii, qui ordinandus est pronuncietur: Hinc de absolute ordinatis

sancta statuit Synodus, irritam haberi hujusmodi manus impositionem,

neque usquam posse ministrari, ad ordinantis injuriam. (x) Quamobrem

& in

& in hac ipsa Synodo hi damnantur circumcelliones, πολύτροποι καὶ (x) *Ruffinus*
ἐπίτροποι, cum affectis Genevensibus, auctoritate Jesuitarum, ab Ario (λ) *L. 1.*
Luciō, (μ) Felicique (ν) deceptorum, permotis, benè in Theologiā edo- *Histor. c. 13.*
ctos, ad ministerium Gallicanum subeundum ordinatos, in Galliam (ω) *Theodo-*
mittentibus, (ξ) & id propter ipsum, non tantum graviter in sanctam *rit. L. 4. Hist.*
Synodum peccantibus, verum etiam Scripturæ praxique Apostolorum *c. 20.*
adversantibus, quæ Presbyteros constituit per singulas Ecclesias (ο) & (ν) *Niceph.*
Titum jubet, ut πολλοὺς ministros assumat. (π) *L. 9. c. 25.*

§. 5. Accedit tandem, quod scopus Jesuitarum, nec minus eo- (ξ) *Gerh. T.*
rundem finis, non tantum non ad gloriam Dei, verum è contrariò ad *6. LL. CC. p.*
summum Jehovæ respectum tendat, quando mandatis Omnipotentis *117.*
posthabitis, imò etiam neglectis, honorem magistri sui quærunt, qui (ο) *Ad. c. 14.*
dominus terrarum vocari summo flagrans desiderio, non tantum ut *v. 22.*
ministrum se consecrare permittit, Regum more se coronare jubet (ρ) (π) *Titum.*
sed & pro stolâ chlamydem, pro pedò sceptrum, pro codice ensẽ ver- *c. 1. v. 5.*
sat (σ) & quod maximum, omnes regiones, neglectis tam hominum, (ρ) *Hortla-*
quam Dei, (τ) legibus, sibi subjugare studet. Cujus rei testes ipsimet *der. in*
prodeunt Jesuitæ, inquietes: Is nunc annus est; ea nunc tempora, ut *Reichshân*
nos de nobis contrariis eliminandis agamus. Melius est imperare, delin *L. 1. c.*
quam parere. Si religio displicet, vel illorum nobis, vel nostra illis, *47. sub num.*
saltem ditionem illorum non contemnamus. (ω) Quas fratrum Jesu *150. vers.*
nequitas, non solum Japoniæ perspicentes, de sibimetipsis prospicien- *item: Papa.*
dis cogitarunt, hydramque illam, exitium sibi minantem, atque tot ca- (σ) *Cassand.*
pi tibus, quot Jesuitæ regnum intraverant, abundantem, non sine sudo- *in consult.*
re à finibus summovertunt: Verum etiam Veneti, huc usque cœci, ocu- *ad Aug.*
los aperuere, fraudeque eorum detectâ, quamvis serò Phrygum more *Confess. Art.*
sapuere, Jesuitis & Clericis, Concilia, Imperia, Magistratusque interdixe- *de Pontif.*
runt; (φ) adeò enim jam circa annum 1291. Ecclesiasticorum creve- *Rom. p. 73.*
rant opes, ut ipsis formidabiles redditi principibus, consilium ansam- (τ) *Exod. c.*
que subministrarent decernendi; ne quis deinceps bona daret collegiis *20. v. 15.*
monachorum, aut venderet, sine principum consensu. (χ) (υ) *Lib. cui*

§. 6. Technis hinc detectis, nebulisque dissipatis, ad Vicaria- *titulus: Glo-*
tum Christi, quem Pontificem in his terris gerere fabulantur, confu- *ria bellica,*
giunt; vicijus, a Pontifice vocati in universum orbem, cujus directo- *Sereniss. Ba-*
rem se AntiChristus jactat occidentalis, patrem suum (ψ) imitatus, mit- *var. Duci In-*
tuntur. Etenim nemo Papæ legitimus bonorum possessor, nisi domi- *golstad. ad-*
nium umbr. f. 31.

C 3
(φ) *Bodin. L. 3. de Republ. c. 8. p. 552. B. Joh. Meisn. de Proph. p. 21. seq. 9. 23. [χ] Boxhorn.*
Chronol. Sacr. & Proph. p. 59. (ψ) Matth. 6. 4. v. 8. 9. Luc. 6. 4. v. 6. 7.

ω) *Marta*
de Jurid. p.
7. c. 24. n. 13.

num papale agnoscat, aut permissionem pontificis expetat (ω) pro-
cumbendō ad venerandos pedes, osculis & *negonvior* dignissimis. Vel
enim ex hac ejus superbiā patet, qualis Spiritus filius, qualemquē ma-
gistrum agnoscat. Neque cathedra infallibilis vicarii nora creditur,
neque successorem arguit, cum huc usque nondum evictum sit, Petrum
unquā Romam vidisse, multo minus cathedram ædificasse; verū re-
quiritur, ut mores Petri in actu docendi constituti, sequatur, ut regulas
Christi Petro traditas imitetur; à quibus adeo abhorret, ut potius vitia,
animumque Petri infirmum secutus, gladiō, igni, ferrō fideles ad ab-
negationem veritatis quam ipse, non quidem metu commotus, sed su-
perbia incitante deseruit, compellat. Tantum itaque abest Papam vi-
carium esse vices Christi getentem, petramque, super quam Ecclesiam æ-
dificari oportebat; ut potius factis omnibus testetur contrarium. Cum
enim lex divina & Christiana neminem suō jure & dominiō privet, Papa
tamen sibi omne arrogat dominium, traditionibus tantū humanis vi-
cariatus hic innitetur, (α) vel ideo ineptus, quia omni mandatō destitu-
tus, quod tamen formale requisitum vicarii, quando mandatarii pote-
[α] *Lehman.* stas ex solis literis mandati cognoscitur (β) quas nunquam, nisi in cere-
in Chron. bellō superstitionum valdeque simplicium latentes, ostendere pote-
Spirens. L. 5. rit. Quamobrem cum fabula infantibus simplicioribusque cordi sit,
c. 68. miror vicariatam hunc Jesuitas; eō quod filii hujus ævi, & ea propter
(β) *Gerlac.* prudentiores (γ) videri volunt, omni fundamentō destitutos, jactitare;
Buxtorf. in fabula etenim detecta, personæ ipsam componentes evanescunt; Eva-
Dissert. aur. nescet Ecclesia, ad quam vocati, docere poterunt; Evanescet jus in Ec-
Bull. conclus. clesias, sine quō nemō Ecclesiis præfici permittitur; Evanescet legitima
71. vocatio, sine quā fures instar in ovile Christi, & lupi rapaces irrepent.
[γ] *Luc. c. 16.*
v. 8.

THES. III.

*Studiosi verò Theologiæ, ex suggestu sa-
cro ad populum loquentes, cum vocationem habeant,
recte faciunt.*

§. I.

Cum mundus decipi velit, non immeritō etiam decipitur, quando
volenti nequidem injuria fieri potest. Simul ac enim juvenis ex
ephebis excessit, scholæque triviali vale dixit, academiam vix salutandō studiosus Theologiæ audire cupit, satisfecisse arbitatus huic titulo, si
pallia-

palliatus habituque decoro incedat. Enim vero quando memini Sa-
 pientem, negando barbatum & Platonem esse terminos reciprocantes
 & convertibiles, his novitiis respondisse; Cætera studiosi Theologiæ,
 cum Theologis (δ) examinabo requisita. Quandoquidem enim mul-
 ta imò plura in Theologiæ consecratio requiruntur, quæ alii deditus
 studio potest negligere, sedulo erit opera danda, ut ingenia seligantur,
 & ad Theologiam præparentur. Etenim veterum jam tempore non
 ex quovis ligno cudebatur Mercurius; multo minus nostrò ævò omni-
 bus contingeret adire Corinthum, ardore & diligentia decrescentibus.
 Ingenio hinc inde invento finem ponderare, naturalem adhibere indu-
 striam, instrumentaque cognita habere, eum, qui huic studio vacare
 cupit, oportet; requiritur tandem pietas nec minus modestia singula-
 ris. Cum enim sanctissimum hoc studium eam habeat latitudinem
 amplitudinemque, ut vix cognitionem quandam in hac vita de Deo, cir-
 ca quem demonstrandum Theologia occupata est, nobis conciliet, ve-
 rum alteri vitæ tandem perfecte acquirenda & consummanda relicta;
 necesse est ut Theologiam discendi cupidus, secum constituat, quâ viâ
 eam aggredi, quomodoque eam tractare velit: siquidem addiscitur vel
 saltem melioris iuformationis causâ, vel ut eâ edoctus, alios instituire
 possit & evidenter methodiceque docere, nec minus adversariis obviam
 ire. Oportet ut ingenium scrutetur, an mysteria divina valeat asse-
 qui; cum mediis legitimis supputare monetur, an etiam oneri ferendo
 sint: quorum omnium ante computandi sunt calculi, ne positò funda-
 mento se irridendum præbeat hominibus, inquentibus quia hic ho-
 mo cepit ædificare, & non potuit consummare. (ε) Requisitis hisce
 ponderatis & ex voto pariter inventis, accedat necesse est naturalis in-
 dustria, quia nequaquam Theologus creditur, qui concionem alium-
 que laborem ediscere valet, aut scit legere latine; quæ tamen Pontifi-
 ciorum Theologorum requisita leguntur: (ξ) Verum ad hoc augu-
 stissimum sanctissimumque studium sedulus requiritur lector, omnia
 beneficio linguarum Ebrææ scilicet & Græcæ examinans, Spiritus dis-
 cernens, & tandem selecta memoriæ infigens. Quando enim ipsis ex
 fontibus purissimæ hauriuntur aquæ, linguarum cognitio, non mini-
 mam afferet lucem, cum his cognitis, disciplinisque adjectis Philoso-
 phicis, (quarum maximus in Theologia usus est, (η) non quidem sensu
 Photinianò, Articulos fidei ex Philosophia desumendo (θ) aut Calvinia-

[δ] *Beat.*
Meisnerus in
Method. stud.
Theol. a
principio.

(ε) *Luc. 6. 14.*
p. 29. 30.

(ξ) *Concil.*
Trid. Sess. 23.
Decret. re-
forma. c. 1.

(η) *Hofman.*
in quest. quis
sit verus usus,
veræ ac so-
bræ Philo-
soph. in Theo-
logia.

(θ) *Fab. Som-*
merus præf.
nò, lib. 1. advers.
Carol.

inō, omnia scilicet, quæ supra captum sunt, neque cum Philosophiâ
 coincidunt crassiori, removendō : (ι) cum juxta Calvinianos funda-
 mentum sit fidei (κ) sine quâ Theologia Æsopi fabellis non absurde
 comparari possit. [λ] Sed orthodoxō, quatenus ex logicâ bene discit
 concludere, ex Metaphysicâ recte subordinare & digerere, ex Rhetoricis
 apte disponere & eleganter pronunciare,) stadium sibi propositum citō
 emetiri poterit, siquidem Philosophia Theologiæ ancillatur, cujus ope-
 râ termini in Theologiâ occurrentes explicati, facillimōque negotiō
 applicati ad benè cognoscere faciunt : propterea, si quæ forte vera & fi-
 dei nostræ accommoda Philosophi dixerunt, non solum formidanda
 non sunt, sed ab eis etiam tanquam injustis possessoribus in usum no-
 strum vendicanda, (μ) quandoquidem juxta Patres rationem honeste
 vivendi ex Philosophiâ habemus : ἡ γὰρ φιλοσοφία, ἢ πρῶτον φιλοσο-
 φία, εἴπερ, μὴ μέλλοιμι παντελῶς ἔξω ἔκαστῃ πείπειν. (ν) Principem tamen
 locum sibi pietas vindicat vera, quando Theologia habitus practicus,
 non ex nudis gestibus eam judicare assveta est, verūm contemplatur
 cor, sedem affectuum primariam, quod si nequam, Spiritum sanctum
 ipsi denegat, nequaquam intrantem animam malignam. [ξ] Quō fuga-
 tō virtutum locis a vitiis occupatis, Pietati succedit impietas, amor
 modestiæ superbia, requisita Theologo convenientia, scilicet. Amo-
 rem enim adeò urget Johannes ut integras epistolas, ad eum adhortan-
 tes ad fideles perscriberet; Modestiam verò Paulus, quando ipsō ju-
 dice illa ædificat, (ο) quod superbus, ad divina officia id propter ipsum
 ineptus, (π) destruxerat.
 §. 2. Necessariis requisitis, virtutibusque omnibus præditus,
 jam hic loci sub censuram vocatur, an actus ministeriales subire possit.
 Enim verò, quum actus varii sint, prædicatio nimirum verbi, distribu-
 tioque Sacramentorum Baptismi, & cœnæ; aliam quoque actuum di-
 versorum rationem habebimus, quando alium licitum, illicitum alium
 judicabimus. Absolutò etenim Theologiæ studiō, officia sua, salvâ
 quidem conscientiâ, Ecclesiæ offerre potest, imò jubetur (ρ) Studiosus,
 cui deinde, vocatus, diligenti fidelique informatione subvenire debet.
 Quando verò scientia sermonem eleganter faciendi, populōque com-
 pta oratione præcepta Dei instillandi, quæ ex praxi addiscitur, non na-
 turalis sit; sæpius tentare debet, an huic negotio sit aptus, an firma la-
 tera, non enim natos, sed arte factos accipimus Rhetores, in primis
 Eccle-

(ι) Christ.

Herdesianus

in præfat. or-

thod. Conf.

(κ) Taurellus

in præf. Tri-

umph.

[λ] Hofius L.

3. advers.

Brent.

(μ) Augustin.

L.2. de do-

ctrin. Chri-

stiana c.40.

(ν) Nazianz.

Apolog. fugæ

suæ.

(ξ) Sap. c.1. v.4

(ο) 2. Cor. c.5.

v.11.

(π) 1. Tim. c.

3. v.2.3. c.6.

v.11. Tit. c.1.

v.7. Luc. c.16

v. 15.

(ρ) 1. Tim. c.3

v.1.

Ecclesiis clarissimos, quæ tam Hierosolymis, Cæsareæ aliisque in locis
(σ) ubi idoneos habilesque repererunt, qui fratribus in verbo Dei adju- (σ) Eusebius
mentò esse potuerunt, summis rogarunt precibus, ut populum in verbo L. 6. c. 13. p.
DEI instituerent. Quorum auctoritate, nec minus rationibus addu- 164. B.
ctis, Serenissimi Saxoniae Electores P. P. M. M. permoti non tantum per-
miserunt, ut Theologiae deditis cathedra aperiretur sacra, sed & expres-
se mandarunt, ut diebus Saturnò sacris concio Wittebergæ in Templò
Arcis; Lipsiæ verò in ædibus Paulinis ab Alumnis beneficiariisque ha-
beretur, (τ) quò more hodie exoletò, in locum concionum, quæ spar- (τ) Ordin.
sim immiscentur, disputationes conflictusq; academici sunt suffecti, Ex Eccl. Art. 3.
quibus manifestum est, Theologiae studiosum, è suggestu sacrò verba ad gen. in fine
populum facientem, vocatione legitimâ, quamvis non ordinariâ quam- p. 197. &
vis omnibus modis numerisque non perfectâ gaudere; quæ tamen in- Synod. de-
terim minime privata tantum, & alias publicæ opponitur, Balduino de- cret. ib. p.
fendente (υ) creditur, neque privata & charitatis est, opponi solita pu- 314. Constit.
blica & fidei: (φ) verum est ad publicum officium, personâ licet exi- Eccl. c. 4. de
stente privatâ, vocatâ à Pastore, Ecclesia non renitente, ad solam verbi stipend. p. 198
prædicationem, vel & ad prædicationem, & ad Sacramentorum admi- (υ) Bald. in
nistrationem, ad tempus certum determinatumque. Actu enim abso- Instit. Mi-
lutò ad quem vocatus erat, vocatio quoque expirat, virtutemque amit- nister. p. 64.
tit, (φ) Luther.

§. 3. Alia tamen ratio circa Sacramentorum dispensationem colloq. Men-
est observanda. Quum enim è duobus nostris Sacramentis alterum sal. f. 271. b.
tam necessarium sit ut eò neglecto periculum salutis formi-
dandum, nec minus damnatio sequatur, si vel ex malitiâ vel (χ) Baron.
negligentiâ neglectum sit; absolute necessarius erit baptismus, t. 3. Annal.
& omnibus omninò hominibus applicandus. Quod Patres Eccl. ad An.
veterisque & primitivæ Ecclesiæ Christiani tam firmiter credidere, ut Ch. 324. &
etiam in articulò mortis jam constituti, & agonizantes, quod etiam de 19. Const.
Constantinò Magnò, primò Christianorum imperatore Christianò, du- Imp. n. 30. p.
biâ licet fide asseritur, baptismum expetierint. Cum enim plurimi anti- 303.
quissimorum scriptorum, inter quos Principem locum Anastasius Bi- (ψ) Theod.
bliothecarius, tenet, (χ) referant, Constantinum Romæ vel circa finem l. 1. c. 7. Euseb.
18. Imperii anni, vel sub initium 19. baptizatum esse; Cumque unò de vita Const.
testentur ore, Constantinum non solum Concilia, Nizenum aliaque M. l. 3. c. 10.
coegisse, illic præsedisse, vel præ fidem legatum misisse, (ψ) quin imo se Histor. Tripe
conservum Episcoporum, servum Christi, & Archiepiscopum nomi- l. 2. c. 6.
D nasse,

[ω] *Euseb. de. nasse, (ω)* Episcopos fratres appellasse; probabilioribus rationibus per-
Vit. Const. svasi, Baptisma, non ad tempus mortis referemus, verum ad illud poti-
M. l. 4. c. 42. us tempus, quando fideles eum in societatem receptum, pro verò Ec-
clesiæ membrò habuerunt. Ethnicum enim nunquam passu fuissent
concilia ingredi, minus verò indicenti, dictò fuissent audientes; Acce-
dit quod S. Athanasius, ad Cæsarem ethnicum de Ariò querelas defe-
rens, maximè sub censuram vocandus fuisset, quoadò Constantini au-

[α] *Athanas* xilium. (α) contra hæreticum imploravit, & de controversiis gravissimis
Apol. 2. cognoscere permisit, invitis etiam Apostolis. (β) Quicquid tamen hujus
[β] *1. Cor. 6.* rei sit, cum jam non sim in eò occupatus, ut differentias historicas Chro-
6. v. 1. seq. nologicasque examinem, virorumque magnorum auctoritatem, quam
undique salvam cupio, labefactem; verum ut probem baptismum ma-
ximè ad salutem esse necessarium, Constantinumque baptisatum, tan-
dem salvatum & numero electorum adscriptum esse; litem super hæc re
nemini movebo, contentus si mihi concedatur, Constantinum, licet
juvenem, aut profectioris jam ætatis baptismum efflagitasse, quod sciret,
neminem sine hoc salvum fore. Quapropter, cum ministris absenti-
bus, quoniam homo infansque baptismò carere nequit, etiam foeminis
& Consistoriis in casu necessitatis, permissum sit, infantes fonte hoc ab-
luere; nemò studiosò Theologiæ hoc idem officium denegare aude-
bit; quin Theologus conscientia sua satisfacisse certus sciat, si ordina-
rii ministri labores, permittente tamen Sacerdote, subierit.

§. 4. Cum Sacramentò autem coenæ aliter erit comparatum,
de quò lege est cautum, ne quis temerè vocationeque destitutus idem
Sacramentum distribuat. Cum enim tantum anima periculum sibi
non contrahat, si Sacram Synaxin, quando tantum hypotheticè, mini-
strò scilicet legitimò præsentè, illamque juxta institutionem Christi,
distribuyente, [γ] necessaria est, non comedat, nullus necessitatis casus,
[γ] *Bidenb.* Sacram distribuendi coenam, quem tamen plurimi fingunt, dabitur.
bach. Dec. 4.
Cent. 5. p. 138. (δ) Multos siquidem in Indiam proficiscentes decedere audimus, quam-
183. 185. vis hoc viaticò nequaquam munitos, licet antidotò mortis, non quidem
[δ] *Bidenb.* corporalis, sed æternæ destitutos: quos tantum abest cælò ut excluda-
Dec. 3. Cent. mus, ut e contrariò, non paucorum auctoritate fulciti, asseramus, si pii
2. p. 164. in moribus, sanctique in vitâ fuerint, inter beatos coelites referri debe-
re. Graviter itaque increpandus & sub censuram a superioribus vo-
candus, qui in vitâ Ecclesiæ Sacramentum hoc fecerit, meliusque infor-
mandus,

mandus, ne in posterum ordinem à Deo institutum evertat, & si non immediate in Deum, tamen in magistratum regulasque ejus peccet. Neque ullam vim consequentiæ huic inesse deprehendo, quod, quandoquidem absolutio, sive remissionis peccatorum annunciatio, nec non coena sanctissima, adeò arcte sunt connexa, ut plerumque Sacram Synaxin absolutio antecedit, scilicet, ut melius paratus, & à sacerdote edoctus homo accedat; studiosus autem possit in casu nempe necessitatis & privatim (ε) præsertim si legitimus vocatusque desit Pastor (ζ) peccatorum remissionem annunciare, Idem jus se extendat ad coenæ distributionem. Enimverò Sacra Synaxis cum adeò necessaria non sit, ut homo sacrò viaticò destitutus, decedens, periculum animæ timere opus habeat; in correptione fraterna verò ut & reconciliatione, in cœlis quoque solvuntur, quæ in terris soluta sunt; ligata, & in alterâ vitâ talia censentur, quia Deus per verbum suum quodocunque & à quocunque annunciat, efficax esse vult, (η) siquidem consolatio & efficacia non à personâ absolute pendet, sed ex verbò Evangelii; remissio peccatorum magis erit necessaria. Addi his posset Jus Canonicum, quod in terminis nondum ordinatis dispensationem Sacramentorum interdicit, si apud nos tantam conciliaffet fidem, ut effata ejus tanquam cœlò delapsa, aut ex tripode dicta, agnosceremus.

THESIS IV.

Patet hinc inde ministros Ecclesiæ nec extra suam Diœcesin actus ministeriales exercere, nec alienos auditores in suam ordinariè suscipere, vel aliis subducere posse.

§. I.

Q Vales hòc in negotiò ministros intelligamus, ex dictis abunde liquet, omnes scilicet, qui publice vocati, ministeria sacra obeunt: quippe ne quidem Superattendenti vel Pastori ullam largimur præminentiam, præceteris ministris, ut è contrariò utrisq; denegemus potestatem in alienas Ecclesias, & in vicinos injurios esse asseramus, si gre-

(ε) Luther in
Art. Smalc.
de potest. Ep.
& Form.

Conc. p. 353.

(ζ) Lombard.
L. 4. diff. 17.

Gratian. de
pœnit. dist. 6.

(η) Chemn. T.
2. Ex. Conc.

Trid. p. 1052.

Bald. Cas.
Conf. p. 111.

Gerh. T. 4. de
Bapt. p. 894.

Luth. T. 1.
Jenens.
Germ. f. 66.

Tarn. p. 833.
Form. Conc.

p. 353.

gem alijs commissum blandis attrahant verbis, aut oviculam errantem in rectam reducere recusent viam. Occasionem hujus asserti Epiphanius Salaminae Episcopus in Cypro, nobis suppeditans, suae temeritatis dignas luit poenas, quando non tantum Palaestinam ingressus, insciis repugnantemq; Episcopum Hierosolymitanum, Paulinum Diaconum & Presbyterum ordinavit, verum etiam Constantinopolin profectus, Chrysostomum invitum Diaconos constituit. Actibus enim ministerialibus, qui triplicis potestatis vulgo esse perhibentur; potestas ordinis, jurisdictionis, & dioecesana; haud immerito ordinatio ab omnibus ferme annumeratur. Si quidem ordinis potestas, non tantum docere permittit verbum DEI, Sacramenta administrare, peccatores ligare & absolvere jubet, quin & maxime sibi vendicat ordinationem exauctorationemq; & adeo arcte munera connectit, ut indissolubile quasi vinculum, inter hos actus constituendum, vix Superattendenti, Praeposito, & Inspectori aliquando functionem officii alicujus concedat. Enimvero, cum Sacramentorum administratio, & poenitentium absolutio, praesertim hisce in locis, non leve, verum ponderosum sane maximeq; laboriosum onus sit; speciali ex concessione, officio huic, si scilicet necessitatis casus non aliud svadeat, supersedere possunt, alacriores expeditioresq; ut evadant, aliis officiis, quae ab ipsis exiguntur, gerendis. Neq; enim Christus ipse baptisavit, verum per discipulos diaconosq; suos (β) idem fecit Sacramentum; quem morem Petrus secutus, Cornelium baptizandum (ι) ab aliis baptismate tingi permisit. Aliud vero judicium de potestate jurisdictionis est ferendum. Quando enim haec poenas satisfactionesq; imponit, ab officio suspendet, removet, excommunicat, unius judicio tales actus non reliquuntur, quin potius, ne forsitan affectus, generi humano proprii, praedominentur, omnibus simul sumtis, sive Consistorio Ecclesiastico, vices totius ministerii gerentis, cura est demandata. Ad potestatem dioecesanam tandem pertinebit administratio bonorum Ecclesiae, Visitare Ecclesias, Synodos convocare, & id genus alii actus personales, a Superattendente, insciis reliquis ministris institui soliti. Diversis itaq; actibus existentibus, ne quidem una de omnibus sententia erit ferenda, quando contraria officia, contraria postulant effata.

(β) Joh. 6. 4.
v. 2.
(ι) Act. 6. 10.
v. 48.

§. 2. Ad adus itaq; tertii & secundi ordinis quod attinet, cum
 nulla in iis existat necessitas, quæ impellat, ut hõc vel illõ annõ, hõc
 illove mense die, hora &c. peragantur, absolute ministro peregrino in-
 terdicuntur, graviterq; per institutiones Electorales increpantur, Ec-
 clesiarum turbatores, in quibus cautum est legibus, ne quis alienas tur-
 bet Ecclesias. Dissidia enim inde orta ut taceam, rixas, schismata, &
 hujus ferinæ alia; Scandala certe data indeq; enata, haud Ecclesiam
 ædificant, quin potius Schismatibus ortis Ecclesiæ laceratæ inq; partes
 dissectæ, mercenariorum horum partibus adhærent, in quarum viscera
 ab his tyrannis itum, exitium certe non tantum partibus dissidenti-
 bus imminet, sed etiam infirmi scandalõ datõ territi, nec minus persuasi
 veram religionem esse unã, dissidentem averfantur Ecclesiam, par-
 tesq; alias sequuntur. Taceo justissimam DEI iram, haud permitten-
 tem sicã morte Tyrannos perire; quam etiam Epiphanius expertus, ex
 ore Chrylostomi vaticinantis audivit: Spero te vivum in patriam non
 rediturum, (κ) & licet vices summi non gerebat Sacerdotis, propheticõ (κ) Socrat. L.
 tamen spiritu eõdem tempore gaudens, infortunium prædicebat, redi- 6. c. 12. seq.
 tum meditati obveniens. Ne itaq; pax Ecclesiarũ turbetur, è contrariõ
 autem Schismatũ pericula declinentur, quæ certè, si Episcopus aut mi-
 nister quivis potissimum ex vicinioribus, qui circa Ecclesiam vivunt, in
 vicinas impunè ingrederetur, jam jam adsunt; Provincias in certas Ec-
 clesiæ distributæ, sive jam Seculariter dispersitæ sunt assumptæ, quibus
 ministrorum ordo adjectus invenitur. Inde Petrus (λ) hunc in mo- (λ) Constitut.
 dum loquens introducit: Primus ego Petrus dico: Episcopum or- Apostol. L. 8.
 dinari debere ab omni populõ electum; quem Cyprianus secutus (μ) 6. 2.
 scribit: Illum duntaxat esse verum & legitimum in Ecclesiã Episco- (μ) Cyprian.
 pum, qui post divinum iudicium, post populi suffragium, post Epi- L. 1. epist. 3.
 scoporum consensum suam Cathedram obtineat. Siquidem innite-
 bantur Scripturæ Sacræ regulis, quæ passim jubent, ut Episcopi doceant
 & gregem pascant sibi commissam; graviter verò ἀδοτελοῦσκόμαν
 (ν) prohibent, Canoni divinõ contrariam. (ξ) Omnia enim τῆ ταξιν ηἰ (ν) L. Pet. c. 4.
 πρεσβόντως fieri amat DEUS; Cum ipse DEUS ordinis non tantum præ- v. 15.
 dicetur, verum ipse de se idem affirmet; Inde factum, ut Concilia (ξ) Bald. Cas.
 quoq; ad hanc accederent sententiam, & concluderent, ut unusquisq; Consc. p. 1096.
 Episcopus habeat suæ Parochiæ potestatem; ut regat juxta reverentiam
 singu-



Singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis, quæ
 (fo) *Bin. T.* Sub eius est potestate. (o) Accedunt Pontificii ipsi, qui in decretalibus,
Concil. de alias ab illo tempore nullius momenti, quando Ales ad Decreta acces-
Concil. An- sere Clarissimis testibus; (π) hoc tamen in casu pollicem Conciliis præ-
zioch. M. A. bent, quando Innocentius III. (ρ) vestigia secutus Gratiani (σ) negat,
de Dom. de sine veniâ ordinarii pastoris præsentis quæquam alienum sacerdotium
Rep. Eccl. adire posse; & Hadrianus. (τ) Nullum episcopum alterius Parochi-
L. 3. c. 2. p. anum iudicare debere. Ordinatio inde Ecclesiastica tot suffulta di-
 257. a. ctis, rationibus, testimoniisq; pronunciat. (υ) Es soll auch kein Pfar-
 (π) *Duare-* Herr oder Kirchen-Diener jemandes/ der in seine Pfarre nicht gehöret/
nus in præ- daß hochwürdiges Sacrament ohne Erlaubniß des Superintendenten rei-
fat. libri de chen. Et Lutherus, cuius auctoritas hæc in parte etiam juxta adverfa-
Sacris Eccl. rios maxima est, quando virtutem in hoste quoq; admirati scribunt, in
Ministr. unâ paginâ scriptorum Lutheri, plus esse Theologiæ, quam in multis
 (ρ) *J. C. P. 2.* voluminibus Patrum (φ) cum homo spiritu propheticò & donò Scri-
Decretal. l. pturas interpretandi admirabili præditus fuerit. (χ) Die Pfar-Herren/
 5. *Tit. 38. c.* welche S. Petrus (ψ) Oleros heißet/ daß ist theile/ daß einen ieglichen
 12. *Omnis.* seyn theil Volcks befohlen ist/ darein kein ander fremder ohne seyn wif-
 (σ) *P. 2. de-* sen und willen sich unterstehen soll seine Pfar-Kinder zu lehren/ weder
cretor. de heimlich noch öffentlich/ und soll ihm auch bey Leib und Seel niemand zu
pœnit. dist. hören/ sondern ansagen und anmelden seinen Pfar-Herren oder Obri-
 6. *c. 3. p. 1092.* feit. Und dieses soll man also fest halten daß auch kein Prediger/ wie
 (τ) *Decretal* from oder rechtschaffen Er sey/ in eines Papisten oder Käserischen Pfar-
 L. 3. *Tit. 29.* Herrens Volck zu predigen/ oder heimlich zu lehren sich unterstehen soll/
 c. 3. *p. 443.* ohne desselben Pfar-Herren wissen und willen. Et iterum: (ω) Non est
 (υ) *Gen. Art.* irruendum in alienam messem ut diabolus citare solet suos ministros,
 8. *in fine* ut non vocati currant, & prætexant Zelum hunc ardentissimum, do-
 f. 304. lere sibi, quod tam misere homines seducantur. Se velle veritatem do-
 (φ) *Andras* cere, & seductos, diaboli è laqueis eripere.
Mafius de §. 3. Longe tamen aliter cum primi ordinis potestate compa-
Luthero. ratum est. Quando enim verbum DEI adeò est necessarium, ut medi-
 (χ) *Wittak.* ante verbò fides, sine eòdem verò nequaquam concipiatur, oportet ut
lib. de Pont. verbum DEI semper prædicetur, oportet ut peccatorum solutio tam in
Rom. terris quam cœlis annuncietur. Id propter ipsum in casu necessitatis
 (ψ) *1. Pet. c. 5* absente ordinariò ministrò, ægrotò aut heterodoxò; vel lege Christi-
 (ω) *T. 4. Lat.* anâ
sup. 1. Cap. epist. Galat. 4. 8.

anã, quã membra Ecclesiã verã sibi invicem sunt obligata coactus; vel
à quibusdam auditoribus, aut ab eis, penes quos potestas est, pressus,
prædicare verbum DEI debet, remissionemq; peccatorum annunciare.
Absentibus verò his Conditionibus, inq; ovile Christi invocatus in-
grediens, fur & latro potius, quam minister est. salutandus.

THESIS V.

*Multominus pastorem alium sive Colle-
gam sive adjunctum sive substitutum sibi surro-
gare poterit & vocare.*

§. I.

Cum antiquissimis temporibus mos obtinuerit, ut Episcoporum non-
pares, successores peterent, subsequenter temporibus, invalescenti-
busq; vitiis Clericorum factum est, ut pro lubitu quisq; sibi collegam
designaret & substitutum faceret; adeoq; jus vocandi, quod neq; or-
dini Politicò sive Magistratui Patronove soli, aut ordini Ecclesiastico
in totum, sed utrisq; conjunctim competebat, ad unam revocaret per-
sonam. Hanc ob causam, cum à plerisq; sub censuram vocarentur piis;
antiquitatem objicientes, imitandi occasionem plurimis subministra-
runt. Inficias quidem ire nequeo moris apud Veteres fuisse, ut abolita
successione, quã proximus & sapissimè indignus Episcopo morienti
succedebat, (a) ministri Ecclesiã, personam potuerint nominare, quã ut
plurimum Episcopo vel ministro substituta additave est: Verum enim
verò, quando rem penitus ponderamus intimiusq; mentis oculis in
causas inquirimus, nullam vocationem, nequidem substitutionem, quin
tantum commendationem inveniemus.

(a) Ambros.
L. 2. c. 3. n. 27.

& 51.

§. 2. Accidit enim sæpius, ut Episcopi successores sibi elige-
rent, viviq; hætenus quosdam designarent, ut ipsis scilicet defunctis
non amplius circa electionem esset laborandum, verum illum omnino
Consecratores & ordinarent & acciperent, quem vivus elegit episco-
pus. Cujus rei testis luculentissimus ipse nobis se offert Augustinus:
Pe-

(β) *M. A. de* (β) in consortium ab Antecessore ascitus; Et Clemens Pont' sex II. à *Dom. L. 2. c.* Petró successor vulgò creditus designatus; (γ) Narcissus item Hieroso- *9. n. 14.* lymitanus; (δ) Gregorius Episcopus Sasimorum; (ε) nec non Athana- *(γ) Const.* sius, qui partim ab Episcopis Antecessoribus sunt electi, partim ipsi *Apostol. 8.* quoq; alios elegerunt. Enimverò quando Athanasius 46. Sacerdotii *9. 1. c. 12.* sui annò post multos agones, multasq; patientiæ coronas quievisset in *(δ) Euseb L.* pace; sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum comi- *6. c. 9.* tem socium & participem elegit. (ζ) Narcissus autem Hierosolymita- *(ε) Greg.* nus; Clemens, Augustinus ab antecessoribus Episcopis, & Gregorius *Nazianz. in* à Patre Gregoriò Nazianzenò in consortium assumtus est. Quando *Carm. de vi-* tamen Patres (η) consulimus, electionem hanc pariter & substitutionem *tà suà & in* non sine Magistratus plebisq; suffragiò factam esse, abundè nos doce- *Orat. cum in* bunt inqvientès: Electioni tali ab omnibus tam sacerdotibus, quam ma- *Consort. Pa-* gistratibus assensum esse: Hinc inde Augustinus (θ) de se ipsò testatur; *tris assumt.* Se esse ordinatum ab ordinariò illius provinciæ ordinatore, neq; sic *S. Hieronym* invità plebe, cujus cum consensu expressò, & in publica acta redactò, *de Script.* successorem quoq; Erodium designaverit.

§. 3. Plebe itaq; consentiente, ad quam primario jus vocandi *Eccl. in Gre-* spectabat, vocati sunt & vocavere veteres. Successio enim, cum in *gorio. &* primis statim Ecclesiæ incunabulis, neq; commoda, neq; satis tuta vide- *Ruffinus L.* retur, ad electiones ventum est, & populo à præcipuò presbyterorum *2. c. 6.* aut Episcoporu, id est, Metropolitanò interrogatò, quem petant Recto- *(ζ) Ruffin.* rem, (ι) is, quem populus postulavit creatus ordinatusq; est. Qvie- *L. 2. c. 3.* ligendi mos temporibus quoq; Pontificiorum (κ) nec non Patrum (λ) *(η) Theodo-* obtinuit, adeò quidem ut Baronius acerrimus aliàs Pontificiæ Maje- *ret. L. 4. c. 18* statis defensor, id ipsum negare nequeat, inqvies; Presbyteri Romani *(θ) Aug. ad* electionis modum eundem, quo illi Bonifacium elegerant, non sine po- *Paulinum* pulò, divinam esse institutionem, asserunt; (μ) quando videbat hos ci- *epist. 34.* tatos, Scripturæ S., quamvis parvæ ipsi auctoritatis sit, innixos, tan- *(ι) Const. A-* quam ex tripode loquentes, plebi vocationem adjudicare. Aarone e- *post. L. 8. c. 2.* nim electò, populus omnis totaq; Synagoga convocabatur, ut omnes *(κ) Anicet.* scirent & certi essent de sacerdote (ν) nec minus testimonium ejus bo- *epist. unica.* num etiam ab iis qui foris erant haberent. (ξ) propter ipsum hunc in Ec- *Anther. ep.* clesià Christi ab ejus incunabulis servatum morem, Nicæna celeberrima *un. Ignat.* illa universalis Synodus, ne quidem abrogare ausa, contrarium po- *epist. 6.* tius

(λ) Nyssen. tius

in reb. gest. Greg. Tharm. Niceph. L. 8. c. 14. Cyprian. L. 1. epist. 3. & 4. (μ) Baron. T. 5. Annal. *A. 419. n. 13. & M. A. de Dom. de Republ. Eccl. l. 4. c. 11, n. 3. (ν) Origen. Homil. 6. in Levit. Cy-* *rill. l. 6. in Levit. (ξ) 1. Tim. c. 3.*



tius lege sanxit universali, ut communi omnium electione, qui plurima
 populi suffragia habeat, vincat. (o) Quod decretum ad Episcopos Æ-
 gypti mittentes, inquit; Si quis forte eorum, qui Ecclesiæ fungan-
 tur moribus, diem suum obibit, tum unus ex illis, qui nuper in Eccle-
 siam asciti sunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, Ale-
 xandriæque Episcopus ipsi suffragetur, atque adeò populi electionem
 confirmet, in locum succedat demortui. (π) Quem commemorati
 Concilii Canonem magnificiens Julius Pontifex Romanus, Alexan-
 drinos graviter objurgat increpatque: Prorsus ignoro, inquit, qua-
 nam ratione facta sunt, quæ facta sunt. Ubi enim istiusmodi Canon,
 qui permittat, immittere Gregorium peregrinum & externum homi-
 nem, neque Alexandriæ baptizatum, neque plebi cognitum, neque po-
 stulatum à Presbyteris. (ρ) Hinc jus illud populi succedente tempore
 indies magis magisque crevit, donec in Sardicensi Concilio decretum
 fuit, populo quendam postulanti satisfaciendum esse, invitò quoque
 Episcopò.

§. 4. Cum verò plebs privilegio hoc abutens, Laicos contra
 statuta Canonum ad Episcopatum posceret, adeoque alios ut idem se-
 quioribus temporibus facerent, permoveret; quippe & hic Witteber-
 gæ sæpius Jureconsultos Templi arcis Præpositos legimus, (σ) Pontifex
 (τ) & Concilium Laodicenum (υ) moderandam potestatem plebis esse
 censuerunt, & decreverunt, ne ejus inscitia & imprudentia mos gera-
 tur. Quamvis enim temporibus Leonis Papæ & Apostolorum in ele-
 ctione Matthiæ plenum jus populus habuerit (φ) quando fideles erant
 graves, publicæque utilitatis studiosissimi: Nunc autem plebs bestia
 sit multorum capitum, factionibus seditionibusque semper intenta;
 (χ) absolute potestas non datur eligendi quem volunt, quin potius limi-
 ratio addatur; si subjectum officio sit dignum, & Clerus consentiat, Pe-
 riculò verò adhuc schismatum & dissensionum urgente, optimè &
 merito ad reges Principesque, plebis suæ protectores, & generales pro-
 curatores jus eligendi devolutum est, qui jure plebis utentes, ministros,
 consentientibus etiam hæc in parte pontificibus (ψ) eligunt. Rex enim
 populum, cujus gubernator à DEò constitutus est, repræsentat, quò
 volente & Clerò consentiente, minister legitimus eligitur. (ω)

E

§. 5. Sa-

(o) *Bin. T. 7.
Concil. in
Conc. Nicen.*

(π) *Theodor.
L. 1. c. 9.*

(ρ) *Athanas.
Apol. 2.*

(σ) *Cælestin.
dist. 62. c. 2.
docendus.*

(υ) *Dist. 63. c.
Non est.*

(φ) *Sixt. Se-
nens. Bib. S.
l. 5. annor. 118.*

(χ) *Eckius
de primatu
Petri L. 3. c.
28.*

(ψ) *Platina
in Bonif. III.*

(ω) *Sander. de
visib. Mo-
narch. l. 1. c. 7.*

*obj. ult. Con-
cil. Toletan.*

12. c. 1. Innoc.

*III. l. 2. ep. 163.
Gratian. dist.*

*63. c. 23. §. e-
lectiones.*

§. 5. Satis superque inde liquet, ea, quæ jam dicta sunt, de plebe & Ecclesiâ fideli esse intelligenda. Quando enim primum Ecclesiæ alicui Episcopus ordinatur, & ad eam convertendam mittitur, non est necesse, ut missus populi expectet assensum; Imò ut plurimum invitatus datus & adhuc dandus dicitur Pastor, cum ad gentes, Evangelio reluctantes, Apostoli Evangelistæque accessere. In exemplum nobis quoque nostra esse possit Saxonia, toties, & quidem per 33. annos Carolo M. qui solus docuit Saxones etiam vinci posse, se opponens, religionemque veram, quam tamen Paderborni, & Engern cum Witekindo, qui ibi baptisatus insignia mutavit, locòque nigri equi, album a Carolo donatum, pinxit, profitebantur, aspernata, donec ministri utrique Saxonix obtruderentur, nec minus vi & armis ad Christianismum converterentur. Carolò verò ne quidem his consiliis fretò, proficiente, tandem in regiones Brabantix, Flandrix, & Transylvanix, unde illorum cum cæteris Germanis idem adhuc linguæ commercium, transtulit, & ad reliquos coercendos illustre Scabinorum judicium ædificavit, quod apostasiæ convictos, ad laqueum damnare mandatò Cæsaris cogebatur. (α)

(α) Crantz.
& Regino L.
2. Annal.
Fuld.

(β) Gregor.
L. 7. Indic. 2.
c. 49. 50. 51.

(γ) Concil.
Aurelian. V.
General. c. 12.
Gratian. 7. q.
1. c. u. §. Ecce
his.

(δ) Theodor.
L. 5. c. 23.

§. 6. Inquirentibus autem in causas, quæ Ecclesiam permoverint, Episcopo coadjutorem aut substitutum dare, præcipua & quasi prima omnium se corporis infirmitas offeret, vitæque humanæ fragilitas, quam Ecclesia timens, infirmum tamen abjicere abhorrens casu huic providit, coadjutoremque fecit, qui regimen exercere & temporalia administrare jussus, ne forte mercenarius evadat fidelisque laboret, ab eadem successor designatus est. (β) Cui tamen actioni, Episcopus Presbyterve infirmus ad stipulari debebat, quia neganti nullus coadjutor est superponendus. (γ)

§. 6. Quapropter cum videamus haud privati muneris esse ministros Ecclesiæ vocare, verùm totam omnino Ecclesiam hæc super re deliberare, ut & judicium ferre oportere; meritò criminis accusantur qui sibi soli sapere visi, neglectis non tantum Conciliis, decretis, sed omnibus etiam consuetudinibus, successores sibi surrogare non verentur, cum tamen hoc propter ipsum Paulinus Antiochenus, quod Evangelium successorem constituerat & ordinaverat, graviter reprehenditur. (δ) Neque illos quicquam juvat, si ægritudinem senectutemque allegent,

gent, cum hac ingravescente, humerisque officio imparibus substitu-
tum petere & exemplò Mosis efflagitare possint, qui mundo valedictu-
rus non amicos, aut sibi dignos, neque filios aut fratris filios consan-
gineos suos in locum suum substituit, sed DEum rogavit, ut de suc-
cessore duceque cogitare & circumspicere velit. Quod Mosis sapiens
prudensque factum Patres ponderantes, quando, si successores eligun-
tur, hæredes potissimum sanguinis, nequaquam doctrinæ aut morum
quærentur, decreverunt: Ne quisquam sibi suoque officio quærat
successorem, sed populi electione quærat, qui eorum utilitati digne
inserviat; qui illorum necessitati succurrat; qui ipsorum utilitatem,
non sua lucra quærat; qui Christo semen velit suscitare non sibi
divitias congregare. Quod qui facere recuset, ju-
re ab Ecclesiâ repudia-
tur.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Umg.-Stk

VI-12.

ULB Halle

3

002 724 804




56

Vd 17

7







27
28.

VIRO
MAGNIFICO ac SUMME
REVERENDO
DOMINO
ABRAHAMO CALOVIO
Doctore Theologo Consummatissimo, Fa-
cultatis suæ Professore Primario, Consistorii Ecclesiastici Præside,
Seniore, h.t. Decano Spectabili, Ecclesiæ Wittenbergensis Pa-
store Vigilantissimo, & Circuli Electoris Saxonici
Superattendenti Generali
Eminentissimo,
Domino Patrono Promotore & Præ-
ceptore omni pietatis cultu suspiciendo
PRÆSIDE
Ex
THEOLOGIA MORALI
De
MINISTERIO
ECCLESIASTICO
RESPONDEBIT
M. JOHANNES GEORGIUS *Weißner* /
Ordinis Philosophici Adjunctus.
Die Anno 1684.

WITTEBERGÆ,
Literis Viduæ BRÜNINGIANÆ Excudebat ANDREAS Ball.